 nos feciſtis aſcendere de egipto. et addu-  
 xiſtis ad locū iſtū peſſimū qui ſci nō po-  
 teſt: qui nec fiamz gignit. nec vineas  
 nec mala granata: inſup et a quā non  
 habet ad bibendum. Ingreſſuſq; moy-  
 ſes et aaron dimiſſa multitudine in ta-  
 bernaculū ſederis. corruerūt promiſſe ter-  
 ram: clamauerūtq; ad dñm atq; dixe-  
 runt. Dñe deus audi clamorem populi  
 huius. et apri eis theſaurū tuū fontem  
 aque viue: ut ſatiati ceſſet murmura-  
 cōz. Et apparuit gloria dñi ſuper eos  
 loquiturq; est dñs ad moyſen dicens.  
 Tolle virgam ⁊ cōgrega populū tu et  
 aaron frater tuus: et loquimini ad pe-  
 tram corā eis. et illa dabit aquas. Cū  
 q; eduxeris a quā ⁊ petra. bibet omnis  
 multitudo et iumenta eius. Tulit igi-  
 moyſes virgam qui erat in cōſpectu do-  
 mini ſicut p̄ceperat ei. congregata mul-  
 tudo ante petrā. dixitq; eis. Audite  
 rebelles et increduli. Num de petra hac  
 vobis a quā poterimus eicere. Cūq; ele-  
 uaiſſet moyſes manū: peratrens virga  
 bis filiā. egreſſe ſunt aque largiſſime  
 ita ut plus biberet ⁊ iumenta. Dixitq;  
 dñs ad moyſen ⁊ aaron. Quia nō cre-  
 didiſtis michi ut ſanctificaretis me corā  
 filijs iſrl̄: nō introduceris hos ꝑſos in  
 terrā quā dabo eis. Hec est aqua cōtra  
 dicitōnis. vbi iurgati ſunt filij iſrahel  
 contra dñm: et ſanctificatus est in eis  
 Miſit interea nuntios moyſes de caſes  
 ad regem eom. qui dicerent. Hec mā-  
 dat frater tuus iſrahel. Noſti omnem  
 laborem qui apprehendit nos. quomō-  
 deſcenderunt patres noſtri in egiptum.

et habitauerimus ibi multo tempore:  
afflixerintq; nos egiptij et patres nros  
et quomō clamauerimus ad dñm ⁊ ex  
audierit nos: miseritq; angelū qui edu  
ferit nos de egipto. Ecce in vrbe carcs  
q̄ est in extremis finib; tuis positi: obse  
crām? ut nobis trāfire liceat p̄ terrā tuā  
Nō ibim? p̄ agros nec p̄ vineas: nō bi  
bon? aq̄as de puteis tuis: sed gradie  
mur vīa publica: nec ad dextrā nec ad  
sinistrā declinātes. donec trāseamus ter  
minos tuos. Cui rñdit ecom. Nō trā  
sibis p̄ me. Alioquin armatus occurzā  
tibi. Dixerūtq; filij israhel. Per tritam  
gradiamur vīa: et si bibrimus aq̄as  
tuas nos et pecora nostra. dabim? qd̄  
iustū est. Nulla erit in precio diffiail  
tas tantū velociter transeamus. At ille  
respondit. Nō transibitis. Statimq;  
egressus est obuius cū infinita multitu  
dine ⁊ manu forti: nec voluit a quiesce  
re exprecāti: ut cōcederet trāsitum per fi  
nes suos. Quāobzē diuertit ab eo isrl̄  
Cūq; castra mouissent de carcs venerūt  
in montē oz. q̄ est in finib; terre ecom:  
vbi locutus est dñs ad moysen dicens  
Pergat inquit aaron ad p̄plos suos.  
Nō enī intrabit terrā quā dedi filijs isra  
hel: eo q̄ incredulus fuerit ozi meo ad  
aq̄as contradictionis. Tolle aaron  
et filii eius cū eo: et duces eos in mon  
tem oz. Cūq; nudaueris patrem vste  
sua. inducs ea cleazarum filiū eius. et  
aaron colligetur. ⁊ morietur ibi. fecit  
moyses ut p̄p̄raret dñs. et ascenderunt  
in montem oz corā omni multitudine  
Cūq; aaron spoliasset vsti; suis: in  
dixit eis cleazarū filiū eius. Illo mor  
tuo in montis sup̄alio: descendit cū ele  
azarō. Omnis aut̄ multatuo videns oc  
cubuisse aaron. fleuit sup̄ eo triginta

dieb; p̄ cūctas familias suas. **iii.**  
**Q**uod cū audisset ebananais rex a  
rad q̄ habitabat ad meridiē. ve  
nisse leuiter isrl̄ per explotatorū vīam.  
pugnauit cōtra illū: ⁊ videt̄ existens  
durit̄ ex eo predā. At isrl̄ voto se dño  
obligans ait. Si tradideris populum  
istū in manu mea. relebo vrbes eius.  
Craudiuitq; dñs preces isrl̄. ⁊ tradidit  
ebananē. quē ille interfecit subuatis  
vr̄ibus eius: et vocauit nomē loci illi  
us ozma. id est anathema. Profecti sūt  
aut̄ et de monte oz. p̄ vīam q̄ duat̄ ad  
mare rubzū: ut circūirent terrā ecom.  
Et tere cepit populū inuenis ac labo  
ris: locutusq; cōtra domū et moysen  
ait. Cur eduxisti nos te egipto: ut mo  
rīremur i solitudine. Deest panis: nō  
sunt aq̄e: anima nostra iam nauseat  
sup̄ abo isto leuissimo. Quāobzē mi  
sit dñs in populū ignitos serpentes: ad  
quozum plagas et mortes plurimozū  
venerunt ad moysen atq; dixerūt. Pec  
cauimus: quia locuti sumus contra do  
minum et te. Ora ut tollat a nobis ser  
pentes. Orauit moyses pro populo.  
Et locutus est to minus ad eum. Fac  
serpentem enē. et pone eū pro signo.  
Qui percussus aspexerit eū viuet. fecit  
ergo moyses serpentem eneam: et po  
suit eū pro signo. Quē cū percussū aspi  
cerent: sanabātur. Profectiq; filij isrl̄  
castrametati sunt in oboz. Ince egres  
si fixere tentozia in iabarim in solitudi  
ne que respicit ad moab: cōtra orientalem  
plagam. et ince mouentes venerūt ad  
torrentem zareth. Quem relinquentes  
castrametati sunt contra arnon. que  
est in deserto: et prominet in finibus  
amozrei. Diquē arnon terminus est  
moab: diuicis moabitaz ⁊ amozreos

Sicut dicitur in libro belloꝝ dñi. Si-  
 cur fecit in mari rubro. sic faciet in to-  
 rentibus amon. Depulsi torrentiũ in  
 climati sunt ut requiescerent in aron.  
 et recubarent in sinibꝫ moabitariũ. Ex  
 eo loco apparuit puteus: sup quo locu-  
 tus est dñs ad moysen. Congrega po-  
 pulũ. et dabo ei aquã. Tũc ceant istũ  
 carnẽ istud. Ascendat puteus conane-  
 bant: puteus quẽ fuerũt p̃im ap̃s: et  
 parauerũt duces multitudinis in dato  
 re legis et in baculis suis. De solitudi-  
 ne: mathana. De mathana: nababibel.  
 De nababibel: i bamoth. Bamoth val-  
 lis est in regione moab. in vertice phal-  
 ga: et qđ respicit contra desertũ. Misit  
 aut̃ istũ nuũdos ad seon regem amozre-  
 ozum dicens. Obsecro ut trãfire michi  
 liceat p̃r terram tuam. Non delinabi-  
 mus in agros et vineas: non bibemus  
 aquas ex puteis. Via regia egradiet̃  
 mur: donec transeam⁹ terminos tuos.  
 Qui cõcedere noluit ut trãfired̃ israhel  
 p̃r fines suos. quin potius exercitu cõ-  
 gregato egressus est obuiã in desertum  
 et venit in iasa: pugnavitq; contra eũ.  
 A quo praussus est i ore gladij: ⁊ pos-  
 sessa est terra eius ab amon usq; ieboe  
 et filios ammon: quia forti p̃cediõ te-  
 nebantur termini ammonitarũ. Tulit  
 ergo israhel omnes ciuitates eius: et ha-  
 bitauerũt in vrbibus amozrei: in esebon  
 scilicet et vialis eius. Vrbes esebon fu-  
 it regis seon amozrei: qui pugnavit cõ-  
 tra regem moab: et tulit omnem ter-  
 ram que dicitõnis illius fuit usq; amon.  
 Idcirco dicitur in p̃ouarbio. Venite i  
 esebon: edificetur ⁊ cõstruat̃ ciuitas  
 seon. Ignis egressus est de esebon: flã-  
 ma de opito seon: et deuorauit ar moa-  
 bitariũ. et habitatores excelsoꝝ arnon

Se tibi moab: pristũ popule chamoz.  
 Dedit filios eius in fugam: et filias in  
 captiuitate regi amozreozum seon. Ju-  
 gum ipsoꝝ disparuit ab esebon usq; di-  
 bon lassũ puenitũt in iophe usq; meda-  
 ba. Habitauerũt itaq; istũ in terra amoz-  
 rei. Misitq; moyses qui explorarent ia-  
 zer: cuius ceperũt viuos. et possederũt  
 habitatores. Serterũtq; se ⁊ ascenderũt  
 p̃r viam basan: et occurrit eis og rex  
 basan cũ omni populo suo pugnatur⁹  
 in eorai. Dixitq; dñs ad moysen. Ne  
 timeas eũ: quia in manu tua tradidi il-  
 lũ et omnem populũ ac terrã eius: faci-  
 esq; illi sicut fecisti seon regi amozreoz  
 habitatozi esebon. Derasserũt igitur  
 et hũc cũ filijs suis: vniuersũq; popu-  
 lũ eius usq; ad intermõem: et posse-  
 derũt terrã illius. Profecũtq; castrame-  
 tari sũt in campstribꝫ moab: vbi trãs  
 iordanẽ iericho sita est.

**U**rens autem balac filius sephoz  
 omnia que fecerat israhel amozreo  
 et qđ p̃mississent cum moabite: et impe-  
 tum eius ferre nõ possent: dixit ad ma-  
 iores natu madian. Iratelebit hic po-  
 pulos om̃s qui in nostris sinibꝫ cõmo-  
 rantur. quomõ solet bos herbas usq; ad  
 radices carpere. Ipe erat eo tẽpore rex  
 in moab. Misit ergo nuncios ad bala-  
 am filiũ beoz ariolũ: qui habitabat su-  
 per flumen terre filioꝝ amon: ut vo-  
 carent eũ et dicerent. Ecce egressus est  
 populus qđ egip̃to: qui operit sup̃faciẽ  
 terre sedans cõtra me. Veni igitur ⁊ ma-  
 ledic̃ populo huic qđ fortior me est: si  
 quomõ possim patere ⁊ cicere eũ de ter-  
 ra mea. Nõ uĩ eĩ qđ benedictus sit cũ  
 benedixeris: ⁊ maledictus in quẽ male-  
 dicta cõfessaris. Perreuerũtq; seniores  
 moab ⁊ maiores natu madian habites

diuin acōis precū in manibꝫ. Cūqꝫ ve-  
nissent ad balaam: et narzassent ei oīa  
verba balac. ille respondit. Manete  
hic nocte: et respondebo quicquid michi  
dixerit dñs. Manentibus illis apud ba-  
laam: venit teus et ait ad eū. Quid fi-  
bi uolūt hoīes isti apud te? Respondit  
Balac filius sephor: rex moabitāru mi-  
sit ad me dicens. Ecce populus q̄ egres-  
sus est de egipto oporuit sup̄ficiam ter-  
re: veni et maledic ei. si quo modo pos-  
sim pugnans a bigere eū. Dixitqꝫ teus  
ad balaam. Noli ire cū eis neqꝫ male-  
dicas populo. quia benedictus ē. Qui  
mane confurgens: dixit ad primāpēs.  
Ite in terrā vstram: qz prohibuit me  
teus venire vobiscū. Reuerſi primāpēs  
dixerūt ad balac. Noli ire ad balaam. Veni-  
re nobiscū. Nisi ire cū eis neqꝫ plures  
et nobiliores q̄ ante miserat misit. Qui  
cū venissent ad balaam. dixerūt. Sic  
dicit balac filius sephor. Ne cūctis ve-  
nire ad me. Paratus sū honozare te: et  
quicquid uolueris dare. Veni et male-  
dic p̄ te isti. Respondit balaam. Sicut  
erit michi balac plenā domū suā argen-  
ti et auri. nō potero immutare uerbum  
dñi dā mei. ut uel plus uel minus lo-  
quor. Obsecro ut hic maneatis etiā hęc  
nocte: et scire quēdā quid michi nrsūm  
respondeat dñs. Venit ergo teus ad ba-  
laam nocte et ait ei. Si uocare te uene-  
runt homines isti. surge et uade cū eis.  
ita dumtaxat: qd̄ p̄cep̄ero tibi facias.  
Surzexit balaam mane. et iurata asina  
profectus est cum eis. et iratus est de.  
Stetitqꝫ angelus dñi in uia contra ba-  
laam qui sequebatur asine: et duos pueros  
habebat scāi. Cernens asina angelum  
stantē in uia euaginato gladio: auer-  
tit se de itinere. et ibat p̄ agrum. Quā

cū uerberaret balaam et uellet ad semitā  
reducere: stetit angelus in angustijs  
duarū marceriarum quibus uimēe an-  
gebantur. Quem uians asina: iunxit  
se pariet: et atriuit secentis p̄xim. At  
ille iterum uerberabat et nichilominus  
angelus ad locum angustum transiit  
ubi nec ad dextram nec ad sinistram po-  
terat uariari obuiū stetit. Cūqꝫ uidisset  
asina stantem angelum: conadit sub  
pedibꝫ secentis. Qui iratus uoluentius  
cecebat fulte latera eius. Aperuitqꝫ dñs  
os asine et locuta ē. Quid feci tibi? Cur  
perastis me ecce iam tercio ē. Respondit  
balaam. Quia commemisti: et illi fi-  
sti michi. Vanam habere m gladium ut  
te peratrem. Dixit asina. Nonne am-  
mal tuum sum: qui semper sedere consu-  
sti usqꝫ in presentē diem ē. Dic quid fi-  
mille unqꝫ fecerim tibi. At ille ait. Nū-  
qꝫ. Protinus aperuit dominus oculos  
balaam: et uidit angelum stantem in  
uia euaginato gladio: adorauitqꝫ eum  
pronus in terram. Cui angelus. Cur  
inquit tercio uerberas asinam tuā. Ego  
ueni ut aduersarer tibi: quia perurela  
est uia tua michiqꝫ contraria. Et mihi  
asina uelinaſset te uia dans locum re-  
sistenti. te occidisset: et illa uiuere.  
Dixit balaam peccauit: nescis qz tu sta-  
res contra me. Et nunc si displicet tibi  
ut uadam reuertar. Ait angelus. Sa-  
te cum istis: et caue ne aliud q̄ p̄cep̄e-  
ro tibi loquaris. Iuit igitur cū prima-  
pibus. Quod cū audisset balac. egres-  
sus est in occurſu eius in opido moabi-  
tarum quod situm est in extremis fini-  
bus arnon. Dixitqꝫ ad balaam. Mihi  
nūcios ut uocaret te. Cur nō statim ue-  
nisti ad me ē an quia mercedem aduen-  
tū tuo reddere nequeo? Cui ille r̄ndit.

Ecce assu. Nūquid loqui potero aliud  
nisi qđ deus p̄ fuerit in ore meo. Per-  
regerunt ergo simul: et venerunt in vrbē  
que in extremis regni eius finibus erat.  
Cunq; occidisset balac boues. et oues  
misit ad balaam et p̄napez qui cū eo  
erant munera. Mane autē factō. dixit  
eū ad excelša baal. et intuitus est extre-  
mam partem populi.

**D**ixitq; balaam ad balac. Edifica  
mihi hic septem aras. ⁊ para to-  
ritem vitulos. eiusq; num̄ri arietes.  
Cūq; fecisset iuxta sennōnē balaam: im-  
posuerūt simul vitulū et arietem super  
aram. Dixitq; balaam ad balac. Sta pau-  
lisper iuxta olocastū tuū donec vadā  
si forte michi occurrat dñs: et qđcunq;  
imprauerit loquar tibi. Cūq; abisset  
velociter occurrit illi deus. Locutusq; ad  
eum balaam: septem inquit aras erexit:  
et imposuit vitulū ⁊ arietē refuper. Dñs  
autē posuit verbū in ore eius. et ait. Re-  
uertere ad balaac: et hęc loqueris. Re-  
uersus inuenit stantē balaac iuxta olo-  
castū suū et omnes p̄napez moabi-  
tarū: assumptaq; parabola sua dixit.  
De aran adduxit me balac. rex moabi-  
tarum de montibus orientis. Sem̄ in-  
quit et maledic̄ iacob: prospera et dete-  
stare israhel. Quomō maledicā: cui nō  
maledixit de⁹. Quia racōe detester: quē  
dñs nō detestatur. De summis filiibz  
vixitō eū: et de collibz cōstiterabo illum  
populus solus habitabit: et inter gē-  
tes nō reputabitur. Quis numerare  
possit puluerē iacob: et nosse numerū  
stirpis israhel. Moziatur anima mea  
morte iustozū: et fiant nouissima mea  
horū similia. Dixitq; balac ad balaam  
Quid est hoc qđ agis. Et malediceres  
inimias meis vocauit te. ⁊ tu ecōtrariō

benedicās eis. Cui ille respondit. Num  
aliud possum loqui nisi qđ iussit dñs.  
Dixit ergo balaac. Sem̄ meā in alterū  
locū vnde partem istā vitas: et totū vi-  
dere nō possis: in te maledicō ei. Cūq;  
dixisset cum in locū sublimem sup ver-  
titem montis phasga: edificauit balaam  
septem aras. et imposuit supra vitulo  
atq; arietē: dixit ad balac. Sta hic iux-  
ta olocastū tuum: donec ego obitū  
pergam. Cui dñs occurrit: posuit  
setq; verbū in ore eius ait. Reuertere  
ad balac ⁊ hęc loqueris ei. Reuersus in-  
uenit eū stantē iuxta olocastū suū: et  
p̄napez moabitariū cū eo. Ad quē ba-  
lac. Quid inquit locutus est dñs. At  
ille assumpta parabola sua ait. Sta ba-  
lac et ausculta: audi fili sephoz. Non  
est deus quasi homo ut mentiat: nec  
ut filius hominis ut mutetur. Dixit  
ergo ⁊ nō faciet: locutus ē ⁊ nō imple-  
bit. Ad benedicendū adductus sū: be-  
nedicō nō prohibere nō valeo. Non  
est volū in iacob: nec videtur simula-  
crum in israhel. Dñs deus eius cū eo est  
et clangor regis victoriē in illo. Deus  
eduxit illū de egipto. cuius fornicato si-  
milis ē rinoceerō. Nō est auguriū in ia-  
cob. nec diuina cō in israhel. Tempoz-  
bus suis dicet iacob ⁊ israhel quid ope-  
ratus sit de⁹. Ecce populus ut leona cō-  
surgat: et quasi leo erigetur. Nō acui-  
babit donec deuoret p̄cedam: et ocalo-  
rum sanguinem bibat. Dixitq; balac  
ad balaam. Nec maledicās ei nec bene-  
dicās. Et ille. Nonne ait dixi tibi: qđ  
quicquid michi deus imperaret hoc face-  
rem. Et ait balac ad eum. Sem̄ et du-  
cam te ad alienum locum: si forte pla-  
ceat deo ut in te maledicās eis. Cūq;  
dixisset cū sup verticē montis phogoz

qui respiciat solitudinē. dixit ei balaam  
 Edifica michi hic septem aras: et para  
 rante vitulos: cuiuscūq; numeri arietes  
 fecit balaac ut balaam dixerat: impo  
 suitq; vitulos ⁊ arietes p singlas aras  
**Q**uāq; vidisset balaam. *xxij.*  
 q; placet domino ut benediceret  
 israhel: nequaq; abijt ut ante perre  
 rat ut auguriū quereat. sed dirigens  
 contra desertū vulnū suū. et eleuans  
 oculos vidit israhel in tentorijs cōmo  
 rante p tribus suas. ⁊ irruente in se  
 spiritu dei: assūpta parabola ait. Dixit  
 balaam fili<sup>9</sup> beoz: dixit homo cui obcu  
 ratus est oculus. dixit auditor sermonū  
 tui qui visionē omīpotentis intuitus est  
 qui cadit ⁊ sic aperitūtur oculi ei<sup>9</sup>. Quā  
 pulcra tabernacula tua iacob. et tento  
 ria tua israhel: ut valles nemozose. ut  
 horz iuxta flumīos irizigui. ut taberna  
 cula q; hnt dñs qñi cōdi p<sup>er</sup> aquas.  
 fluet aqua de fuitula eius: et semen illi<sup>9</sup>.  
 erit in aquas multas. Colletur ppter  
 agag rex eius: et auferetur regnū illi<sup>9</sup>.  
 Deus eduxit illū de egypto cuius fortitu  
 do similis est rimocerois. Deoz abunt  
 gentes hostes illius: ossaq; eozū con  
 fringent: et perforabūt sagittis. Aca  
 bans dormiūt ut leo: et qñi leona quā  
 suscitare nullus audebit. Qui benedire  
 rit tibi erit ipse benedictus: qui maledi  
 xerit i maledictione reputabit. Iratus  
 q; balac cōtra balaam: complohis ma  
 nibus ait. Ad maledicendū inimicis  
 meis vocaui te: quib; contrario tercio  
 benedixisti. Reuertere ad locū tuū. De  
 creuerā quidem magnifice honozare te:  
 sed dominus priuauit te honoze dispo  
 sito. Respon dit balaam ad balac. Nō  
 ne nuncijs tuis quos misisti ad me di  
 xi: si dederit michi balac plena domū suā

argenti et auri. nō potero pterire ser  
 monē dñi dei mei. ut vel bonū quid vel  
 malū proferam ex corde meo: sed quic  
 quid dñs dixerit: hoc loquar. Serunta  
 men pgens ad populū meū. dabo confi  
 liū quid populus tuus huic populo fa  
 ciat extremo tempore. Sumpta igit par  
 abola rursum ait. Dixit balaam fili<sup>9</sup>  
 beoz: dixit homo cuius obcuratus est  
 oculus: dixit auditor sermonū dei. qui  
 nouit doctrinā alafsimi. et visiones oī  
 potentis vidit: q; cadens apertos habens  
 oculos. Vixit eū sed nō modo: in tuez  
 boz illū: sed nō prope. Orietur stella ex  
 iacob. et cōsurgit virga de israhel: et  
 paret duces moab: vastabitq; omnes  
 filios sebz. et erit ydumea possessio ei<sup>9</sup>.  
 Hereditas seir ceter inimicis suis: isra  
 hel vero fortiter ager. De iacob erit q  
 dominetur et perdat reliquias ciuitatis  
 Cūq; vidisset amalech: assumens pa  
 rabolā ait. Principiū gentū amalech  
 cuius extrema perentur. Vidit quoq; a  
 neum: et assumpta parabola ait. Ro  
 bustū quidem est habitaculū tuū: sed si  
 in petra posueris nidum tuū. et fueris  
 electus de stirpe an: qñdū poteris pama  
 nere. Assur enī capiet te. Assumptaq;  
 parabola. iterū locutus est. Deu quis  
 vidurus est. quando ista faciet deus.  
 Venient in tricibus de pthalia: supra būt  
 asirios. vastabūtq; hebreos. ⁊ ad ex  
 tremū etiā ipsi pnbūt. Surrexitq; ba  
 laam et reuersus est in locū suū: balac  
 q; via qua venerat redijt. *xxv.*  
**M**ozabatur aut eo tpe isrl i sebzim  
 et fornicatus est pplus cū filiaib;  
 moab. que vocauerūt eos ad sacrificia  
 sua. At illi comēerunt: et adozauerūt  
 reos earū. Inidatusq; est israhel beelze  
 goz. Et iratus dominus ait ad moysen



Tolle áctos primápes populi .7. suspen-  
 te eas cõtra solem i panibus : ut auer-  
 tatur furoꝝ mens ab isrl̄. Dixitq; moy-  
 ses ad iudices isrl̄. Occadat vnusq;sq; *xxvi.*  
 pꝛoximos suos qui miãati sunt bedfe-  
 gor. Et ecce vnus de filijs isrl̄ intrauit  
 corã fratrib; suis ad scortũ madianitẽ  
 vidente moyse et omni turba filioꝝ isrl̄  
 qui flebant ante fores tabernaculi. Qd̄  
 cū vidisset finees filius eleazari filij aa-  
 ron sacerdotis . surrexit de medio mul-  
 titudinis : 7. arcepit pugione ingressus  
 est post virũ israhelitem in lupanar : et  
 perfoit ambos simul viz scilicet 7. mi-  
 licem in loãs genitalib;. Cessauitq;  
 plaga a filijs israhel : et cecidi sunt vi-  
 ginti quatuor milia hoim. Dixitq; dñs  
 ad moysem . finees filius eleazari filij a-  
 aron sacerdotis . auertit irã meã a filijs  
 israhel : qz zelo meo cõmõtus est cõtra  
 eos : ut nõ ipse delerem filios israhel in  
 zelo meo. Adarco loqre ad eos. Ecce  
 do ei pacẽ federis mei : et erit tam iph q̄  
 semini eius pactũ sacerdotij sempiternũ  
 quia zelatus est pꝛo deo suo . 7. expiauit  
 scelus filioꝝ isrl̄. Erat aut̄ nomẽ viri  
 israhelite q̄ occasus est cum madianite  
 zambzi filius saul : dñx de cognacõne et  
 tribu simeonis. Doꝛo mulier madian-  
 itis que pariter interfecta est vocabat̄  
 6. cozbi filia sur primápis nobilissimi ma-  
 dianitarũ. Locutusq; est dñs ad moy-  
 sem dicens. Postes vos sentiant madiani-  
 te 7. pꝛauite eos : qz et ipsi hostiliter  
 egerunt cõtra vos 7. accipere inhdij; per  
 volũ phogoz . et cozbi filiã ducis ma-  
 dian sorore suã : q̄ pꝛausa est i die pla-  
 ge pꝛo sacrilegio phogoz.

sumnam filioꝝ israhel a viginti annis .  
 et supra pꝛ domos 7. cognacões suas :  
 áctos qui possũt ad bella pꝛocedere .  
 locuti sunt itaq; moyses 7. eleazar sacer-  
 dos in campstrib; moab super iordanẽ  
 cõtra iericho ad eos qui erant a viginti  
 annis 7. supra sicut dñs imperarar : quo-  
 rum est iste numerus . Ruben primoge-  
 nitus israhel . Duus filius enoeb . a q̄  
 familia enoebitarũ : 7. phallu : a quo  
 familia phalluitarũ : et strom : a quo fa-  
 milia stromitarũ . 7. ebarmi . a quo fami-  
 lia ebarmitarũ. Dec sunt familie de stir-  
 pe ruben . quarũ numerus inuẽtus est  
 quadraginta tria milia : 7. septingenti  
 triginta . filius phallu diab : huius fi-  
 lij namukel et dathan et abiron . Isti  
 sunt dathan 7. abiron . primápes popu-  
 li qui surrexerũt cõtra moysem 7. aaron  
 in sedicõe choze quãto aduãctus dñm  
 rebellauerũt : et apparẽs terza os suũ de-  
 uorauit choze moziẽb; plurimis . quã-  
 to cõbussit ignis duccõs quinquagim-  
 ta viros . Et factũ est grãde miraculum  
 ut choze premitte filij illius nõ pꝛirent  
 filij simeon p cognacões suas . namu-  
 kel ab hoc familia namuklitarũ : iamim  
 ab hoc familia iaminitarũ : iachin . ab  
 hoc familia iachinitarũ . zare ab hoc fami-  
 lia zareitarũ . saul ab hoc familia sauli-  
 tarũ. Dec sunt familie de stirpe simeon  
 quarũ omnis numerus fuit viginti du-  
 um miliũ duccõtoꝝ . filij gad p cogna-  
 cões suas : sephon ab hoc familia sepho-  
 nitarũ . aggi ab hoc familia aggitarũ :  
 sumi ab hoc familia sumitarum . ozni :  
 ab hoc familia ozmitarum : her ab hoc  
 familia heritarum : arod a quo familia  
 aroditarũ : ariel ab hoc familia ariheli-  
 tarũ . Ite sunt familie gad : quarum  
 omnis numerus fuit quadraginta milia

**D** Ostq̄ notioꝝ sanguis effusus e  
 dixit dñs ad moysem et eleazarũ  
 filiũ aaron sacerdotẽ . Numerate omne

quingentozū. filij iuda: her et onan: q̄  
ambo mortui sūt in terra ebanaan. su-  
erūtq; filij iuda p̄ cognacōnes suas: se-  
la a quo familia selaitarū: phares. a q̄  
familia pharesitarū: zare a quo familia  
zareitarū. Porro filijs phares. efrom  
a quo familia efromitarū: et amul. a q̄  
familia amulitarū. Ite sūt familie iu-  
da quarū om̄is numerus fuit septuagin-  
ta sex milia quingentoz. filij ysachar  
p̄ cognacōnes suas: thola: a quo fami-  
lia tholaitay: p̄bua a quo familia p̄bua-  
aitarū: ia sub. a quo familia ia subitarū  
semram: a quo familia semramitarum.  
Hec sunt cognacōnes ysachar: quarū  
numerus fuit sexaginta quatuor milia  
trecentozū. filij zabulon p̄ cognacō-  
nes suas: sareo. a quo familia sareoita-  
rum: kelon. a quo familia kelomitarū.  
iael a quo familia iaelitārū. Hec sūt  
cognacōnes zabulon: quarum nume-  
rus fuit sexaginta milia quingentozum  
filij ioseph p̄ cognacōnes suas manas-  
se et ephraim. De manasse ortus ē ma-  
chir: a quo familia machiritarū. Ma-  
chir genuit galaad. a quo familia gala-  
aditarū. Galaad habuit filios iezer: a  
quo familia iescritarū. et eleeb. a quo  
familia eleebitarū: et asubel. a quo fa-  
milia asubelitarū. et sechem. a quo fa-  
milia sechemitarū: et semida. a quo fa-  
milia semidaitarū: et epher. a quo fami-  
lia epheritarū. fuit autē epher pater sal-  
phaad: qui filios non habebat sed tan-  
tum filias: quarū ista sunt nomina: ma-  
ala. et noa. et eglā. et melcha. et thersa.  
Hec sunt familie manasse: et numerus  
earum quinquaginta duo milia septin-  
gentozum. filij autem ephraim p̄ co-  
gnacōnes suas fuerunt h̄ij. Suthala  
a quo familia suthalaitarum: becher a

quo familia becheritarū: tben. a quo  
familia tbenitarum. Porro filius su-  
thala fuit heran. a quo familia herani-  
tarum. Hec sunt cognationes filiozum  
epbraim: quaz numerus fuit triginta  
duo milia quingentozū. Ite sunt filij  
ioseph p̄ familias suas. filij beniamin  
in cognacōnibus suis. bale a quo fa-  
milia baleitarum: azbel. a quo familia  
azbelitay: achiram. a quo familia achir-  
amitarum. supham: a quo familia su-  
phamitarum: vpham. a quo familia  
vphamitarum. filij bale: hered et noe-  
man. De hered familia hereditarum:  
et noeman familia noemamitarū. H̄ij  
sunt filij beniamin p̄ cognacōnes su-  
as. quozū numerus quadraginta quin-  
q; milia sexcentozum. filij dan p̄ co-  
gnacōnes suas. suban. a quo familia  
subamitarum. Hec cognacōnes dan p̄  
familias suas. Omnes fuere subamite:  
quozum numerus erat sexaginta qua-  
tuor milia quingentozū. filij aser p̄ co-  
gnacōnes suas. iemna. a q̄ familia iem-  
naitarū: iesui. a quo familia iesuitarū  
bzie. a q̄ familia bzieitay. filij bzie ha-  
ber. a q̄ familia haberitarū: et melchiel  
a quo familia melchielitarū. Nomen  
autē filie aser fuit fara. Hec cognacō-  
nes filioz aser: et numerus eozū quin-  
quaginta tria milia. quadringentozū.  
filij nephtalim p̄ cognacōnes suas: ies-  
hibel. a quo familia ieshibelitarū: gumī  
a quo familia gumitarū: iaser. a quo  
familia iaseritarum: sellem. a quo fa-  
milia sellemitarum. Hec sunt cognacō-  
nes filiozū nephtalim p̄ familias suas  
quozū numerus quadraginta quin-  
q; milia. quadringentozū. Ite est sūma  
filiozū israhel qui recensiti sūt. sexcenta  
milia. et mille. septingenti triginta.

locutusq; est dominus ad moysen dicens  
 Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabu-  
 lorum in possessiones suas. Pluribus  
 maiorē partē dabis. et paucioribus mi-  
 norē singulis sicut nūc recensiti sūt tra-  
 detur possessio: ita dūtaxat ut soror ter-  
 ram tribus diuidat et familijs. Quic-  
 quid sorte cōtigerit: hoc vel plures ac-  
 cipiant vel pauciores. Hic q; est nume-  
 rus filiorum leui per familias suas. Ger-  
 son a quo familia geronitarū. caath  
 a quo familia caathitarū. merari a quo  
 familia meraritarū. Hec sunt familie  
 leui. Familia lobni. familia kebzon. fa-  
 milia moosi. familia mus. familia cho-  
 ri. At vero caath genuit amram: qui  
 habuit uxore iocabeth filia leui: que  
 nata est ei in egipto. Hec genuit viro  
 suo amram filios aaron et moysen: et  
 mariam sorore eorū. De aaron orti sūt  
 nadab et abiu et eleazar et ythamar:  
 quorum nadab et abiu mortui sūt: cum  
 obtulissent ignē alienū corā dño. fue-  
 runtq; omnes qui numerati sunt viginti-  
 tria milia generis masculini: ab vno  
 mense et supra: qui nō sūt recensiti in  
 filiis israel: nec eis cū ceteris data pos-  
 sessio est. Hic est numerus filiorū israel  
 qui descripti sūt a moyse et eleazaro sa-  
 cerdote in campistris moab supra ior-  
 danē cōtra ihericho: inter quos nullus  
 fuit eorū qui ante numerati sunt a moy-  
 se et aaron in deserto sinai. Prædixerat  
 enī dñs q; omēs morerent in solitudine.  
 Nullusq; remansit ex eis: nisi caleb fi-  
 lius iephone et iosue filius nun. **xxij.**

**A**ccesserunt autē filie salphaad. filij  
 ephraim. filij galaad. filij machir.  
 filij manasse. q; fuit filius ioseph. qua-  
 rum sūt nomē. malaa. et noa. et eglā.  
 et melcha. et tharsa: steteruntq; coram

moysē et eleazaro sacerdote: et cunctis  
 principibus populi ad ostium tabernacu-  
 li federis: atq; dixerūt. Pater noster mo-  
 tuus est in deserto: nec fuit in sedicōne  
 q̄ conditara ē cōtra dñm sub chore. sed  
 in peccato suo mortuus est. Hic non  
 habuit mares filios. Cur tollitur no-  
 men illius ex familia sua: quia non ha-  
 bet filiiū. Date nobis possessionem inter  
 cognatos patris nostri. Actulitq; moy-  
 ses causam earū ad iudiciū dñi. Qui di-  
 xit ad eū. Iustā rān postulant filie sal-  
 phaad. Da eis possessionē inter cogna-  
 tos patris sui: et ei in hereditatem succe-  
 dant. Ad filios autē istos loqueris hec.  
 Homo cū mortuus fuerit absq; filio.  
 ad filiā eūs trāsbibit hereditas: si filiā  
 non habuerit: habebit successores frēs  
 suos. Quod si et fratres nō fuerint da-  
 bunt hereditatē fratribus patris eius.  
 Si autē nec patros habuerit dabitur  
 hereditas hīs qui ei proximi sūt. Erūt  
 q; hoc filijs israel sanctum lege perpe-  
 tua: sicut præcepit dñs moyse. Dixit  
 quoq; dominus ad moysen. Ascende  
 in montē istum abarim: et cōtemplare  
 inter terrā quā daturus sū filijs israel.  
 Cūq; videris eā. ibis et tu ad populū  
 tuū sicut fuit frater tuus aaron: quia  
 offendisti me in deserto sin in cōtradi-  
 ctione multitudinis: nec sanctificare me  
 voluisti corā ea super aquas. Hec sūt  
 aque cōtradictionis in cauis deserti sin.  
 Cui respondit moyses. Prorūtaxat dñs  
 tuus spirituū omnis carnis hominē qui  
 sit super multitudinē hanc: et possit ex-  
 ire et intrare ante eos. et educere eos vel  
 introducere. ne sit p̄plus dñi sicut oues  
 absq; pastore. Dixitq; dñs ad eum.  
 Tolle iosue filiiū nun virū in quo est  
 spiritus dñi: et pone manū tuā sup eū.

Qui stabit coram elcario sacerdote et omni multitudine: et dabis ei precepta auctoris videns: et partem glorie tue ut audiat cum omnis synagoga filiorum israel. Pro hoc si quid agendum erit: elcario sacerdos consulat dominum. Ad verbum eius egredietur et ingreditur: ipse et omnes filii israel cum eo: et cetera multitudo. fecit moyses ut preceperat dominus. Cumque tulisset ioseph: statuit eum coram elcario sacerdote et omni frequentia populi: et impositis capiti eius manibus: cuncta replicauit: que mandauerat dominus.

**xxviii.**

**Q**uit quoque dominus ad moysen. Precepte filii israel et dices ad eos. Oblationem meam et panes et incensum odoris suauissimi offerete per tempora sua. Hec sunt sacrificia que offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quolibet diei olocautum sempiternum: unum offeretis mane et alter ad vespere. tertia parte ephebi simile quod dispersa sit oleo purissimo et habebat quartam partem hinc. Olocautum iuge est quod obtulistis in monte synai in odoris suauissimum incensum domini. Et libabitis vini quartam partem hinc per agnos singulos in sanctuario domini: alterumque agnum similiter offeretis ad vespere iuxta omnem ritum sacrificij matutini et libamento eorum oblationem suauissimi odoris domino. Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos et duas vacas simile oleo consperse in sacrificio: et liba que rite funduntur per singula sabbata in olocauto sempiterno. In Kalendis autem id est in mensum exordijs offeretis olocautum domino vitulos et armento duos: arietem unum agnos anniculos septem immaculatos et tres vacas simile oleo consperse in

sacrificio per singulos vitulos: et duas vacas simile oleo consperse per singulos arietes: et vacam vacas simile et oleo in sacrificio per agnos singulos. Olocautum suauissimi odoris atque incensum est domino. Libamenta autem vini que per singulas fundenda sunt victimas: ista erunt. Media pars hinc per singulos vitulos: tertia per arietem: quarta per agnum. Hoc erit olocautum per omnes menses: qui si bi anno oriente succedit. Viras quoque offeretur domino pro peccatis in olocautum sempiternum cum libamentis suis. Mense autem primo quartam diem mensis phase domini erit: et quinta vaca die solennitas. Septem diebus vespertur asimis: quartus dies prima venerabilis et sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisque incensum olocautum domino vitulos et armento duos: arietem unum: agnos anniculos immaculatos septem: et sacrificia singulorum ephebi simile que conspersa sit oleo: tres vacas per singulos vitulos: et duas vacas per arietem: et vacam vacas per agnos singulos: id est per septem agnos et hircum pro peccato unum: ut expietur pro vobis. preter olocautum matutinum quod semper offeretis: ita facietis per singulos dies septem dieum in fomitibus ignis et in odoris suauissimum domino qui surget de olocauto et de libamentibus singulorum. Dies quoque septimus celebrabimus et sanctus erit vobis. Omne opus seruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino expletis eboribus: venerabilis et sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisque olocautum in odoris suauissimum domino: vitulos et armento duos

arietē vnū agnos anniculos immau-  
 latus septem: atq; in sacrificijs eorū si-  
 mile oleo cōspere tres tēamas per sin-  
 gulos vitulos . per arietes duas . per  
 agnos tēamā tēame qui simul sūt agni  
 septem: hircū q̄ qui mactatur pro expi-  
 acōne : p̄ter olocauſtū sempiternū et  
 liba eius. Immaculata offeretis om̄ia  
 cum libacōnibus suis.

**viij**

**I**Enſis etiā septimi p̄ima dies ve-  
 nerabilis et ſācta erit vob . Om̄e  
 opus ſeruite nō faciētis in ea: quia dies  
 clangoris ē et tubarū. Offerentq; olo-  
 cauſtū in odorē ſuauiſſimū dño . vitu-  
 lum et armento vnū et arietē vnum . et  
 agnos anniculos immaculatos septem  
 et in sacrificijs eorū ſimile oleo cōſper-  
 ſe tres tēamas p̄ ſingulos vitulos du-  
 as tēamas p̄ arietē vnā tēamā p̄ agnū:  
 qui ſimul ſūt agni ſeptem : et hircū pro  
 peccato qui offertur in expiacōnem popu-  
 li p̄ter olocauſtū Kalendarū cū ſacrifi-  
 cijs ſuis et olocauſtū ſempiternū cū li-  
 bacōnibus ſolitīs. H̄s ſc̄d̄ crimonijs of-  
 ferētis in odorē ſuauiſſimū in cenſū dño  
 tēama q̄ dies menſis huius ſeptimi  
 erit vobis ſācta atq; venerabilis et af-  
 fligētis animas vſtras. Om̄e opus ſer-  
 uile nō faciētis in ea. Offerentq; olocau-  
 ſtū dño ī odorē ſuauiſſimū vitulū et ar-  
 mento vnū . arietē vnū . agnos annicu-  
 los immaculatos ſeptē: et in ſacrificijs  
 eorū ſimile oleo cōſperſe tres tēamas per  
 ſingulos vitulos duas tēamas p̄ arie-  
 tem . tēamā tēame . p̄ agnos ſingulos q̄  
 ſūt ſimul ſeptem agni . et hircū pro pec-  
 cato: abſq; h̄s que offerri pro delicto  
 ſolent in expiacōnem et in olocauſtū ſem-  
 piternū in ſacrificiō et libamimib; eorū  
 Quintatēama vero die menſis ſeptimi  
 que vobis ſācta erit atq; venerabilis

omne opus ſeruite nō faciētis in ea: ſed  
 celebrabitis ſolemnitate dño ſeptē die-  
 bus. Offerentq; olocauſtū in odorē ſu-  
 auiffimū dño vitulos et armentō trectā  
 arietes duos . agnos anniculos imma-  
 culatos quatuor tēam . et in libamentis  
 eorū . ſimile oleo cōſperſe: tres tēamas  
 per vitulos ſingulos qui ſūt ſimul vi-  
 tuli trectā . et duas tēamas arietē vno  
 id eſt ſimul arietibus duob; et tēamam  
 tēame agnis ſingulis q̄ ſūt ſimul agni  
 quatuor tēam . et hircū p̄ peccato abſq;  
 olocauſtū ſempiterno: et ſacrificiō et li-  
 bamime eius. In die altero offeres vi-  
 tulos et armentō duorē . arietes duos  
 agnos anniculos immaculatos quatu-  
 or tēam . ſacrificiāq; et libamina ſingu-  
 loꝝ p̄ vitulos et arietes et agnos rite  
 celebrabis . et hircū p̄ peccato abſq; olo-  
 cauſtū ſempiterno . ſacrificiāq; eiꝝ et libami-  
 ne. Die tertio offeres vitulos vntēam . arie-  
 tes duos . agnos anniculos immacula-  
 tos quatuor tēam . ſacrificiāq; et libami-  
 na ſinguloꝝ p̄ vitulos et arietes et  
 agnos rite celebrabis . et hircū pro pe-  
 cato abſq; olocauſtū ſempiterno . ſacri-  
 ficiōq; et libamine eius. Die quarto of-  
 feres vitulos trectē . arietes duos agnos  
 anniculos immaculatos quatuor tēam  
 ſacrificiāq; et libamina ſinguloꝝ p̄  
 vitulos et arietes et agnos rite celebra-  
 bis . et hircū pro peccato abſq; olocau-  
 ſtū ſempiterno ſacrificiōq; eius et liba-  
 mine. Die quinto offeres vitulos nouē  
 arietes duos . agnos anniculos imma-  
 culatos quatuor tēam . ſacrificiāq; et li-  
 bamina ſinguloꝝ p̄ vitulos . et arie-  
 tes et agnos rite celebrabis . et hircū  
 pro peccato abſq; olocauſtū ſempiterno  
 ſacrificiōq; eius et libamine. Die ſe-  
 xto offeres vitulos octo . arietes duos

agnos anniculos immaculatos quatuordecim sacrificiaq; et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabis. et hircum pro peccato absque olocausto sempiterno sacrificioq; eius et libamine. Die septimo offeres vitulos septem et arietes duos agnos anniculos immaculatos quatuordecim sacrificiaq; et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabis: et hircum pro peccato absque olocausto sempiterno sacrificioq; eius et libamine. Die octavo qui est celeberrimus. omne opus simile non facietis offerentes olocaustum in odorem suavisimum domino vitulum unum arietem unum agnos anniculos immaculatos septem sacrificiaq; et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabis. et hircum pro peccato absque olocausto sempiterno sacrificioq; eius et libamine. Hec offerentes domino in sollemnitate vestris. preter vota et oblationes spontaneas in olocausto in sacrificio in libamine et in hostijs pacificis. xxx

**N**Arzavitq; moyses filiis israel. Omnia que ei dominus imperarat: et locutus est ad principem tribuum filiorum israel. Iste est sermo quem precepit dominus. Si quis virorum votum domino vouerit. aut se constrinxerit iuramento non faciet irritum verbum suum: sed omne quod promisit implebit. Mulier si quippiam vouerit et se constrinxerit iuramento que est in domo patris sui. et in eate adhuc puellari: si agnouerit pater votum quod pollicita est: et iuramentum quo obligauit animam suam et tacuerit: voti rea erit. Quicquid pollicita est et iurauit. opere complebit. Simaue statim ut audierit contradixerit pater: et vota et iuramenta eius irrita erunt: nec obnoxia

tenebit sponsum eo quod contradixerit patri. Si maritum habuerit et vouerit aliquid et semel de ore eius verbum egredies. animam eius obligauerit iuramento: quod die audierit vir et non contradixerit. voti rea erit. reddetq; quodcumque promiserat. Simaue audiens statim contradixerit et irritas fecerit pollicitationes eius: verbaque quibus obstrinxerat animam suam. propius erit ei dominus. Vidua et repudiata quicquid vouerint reddent. Pro in domo viri cui se voto constrinxerit et iuramento si audierit vir et tacuerit nec contradixerit sponsum: reddet quodcumque promiserat. Simaue extrinsece contradixerit non tenebitur promissionis rea quia maritus contradixit: et dominus ei propius erit. Si vouerit et iuramentum se constrinxerit ut per ieiunium uel ceterarum rerum abstinentiam affligat animam suam: in arbitrio viri erit si faciat siue non faciat. Quod si audierit vir tacuerit et in alteram diem distulerit sententiam: quicquid vouerat atque promiserat reddet: quia statim ut audiuit tacuit. Simaue contradixerit postquam resciuit: portabit ipse iniquitatem eius. Iste sunt leges quas constituit dominus moysi inter virum et uxorem: inter patrem et filiam que in puellari adhuc eate est: uel que manet in parentis domo. xxxi

**I**Canusq; est dominus ad moysen dicens. Misce primum filios israel et madianitas et sic colligentis ad primum tuum. Statimq; moyses armate inquit ex vobis viros ad pugnam: quod possint uelatione domini expectare madianitas. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex israel: qui mittantur ad bellum. Deteruntque milenos de singulis tribubus: id est duodecim milia expeditorum ad pugnam:

quos misit moyses cum phinees filio  
 eleazari sacerdotis : vasaq; sancta et tu-  
 bas ad clangendū tradidit ei. Cūq;  
 pugnaſſet cōtra madianitas atq; vici-  
 ſent om̄s mares occiderūt et reges eorū  
 eui et reem .7. ſur . et vz .7. rebe quinq;  
 p̄m̄ ap̄es gentis : balaam q̄ filii beoz  
 interfecerūt gladio : ceperūtq; mulieres  
 eorū et paruulos om̄iaq; pecora .7. cin-  
 ctam ſuppellectilē. Quicquid habere po-  
 tuerāt depopulati ſunt : tam vrbes q̄ vi-  
 culos . et caſtella flamma cōſumpſit.  
 Et tulerūt p̄edam .7. vniuerſa q̄ ceperāt  
 tam et hoib; q̄ ex iumentis : et cōdure-  
 runt ad moyſen eleazarū ſacerdotē : et  
 ad omnē multitudinē filiorū iſrl. Reli-  
 qua aut̄ vtenſilia portauerūt ad caſtra  
 in caſtrob; moab : iuxta iordanē con-  
 tra ihericho. Egreſſi ſunt aut̄ moyſes  
 et eleazar ſacerdos .7. om̄s p̄ncipes ſyna-  
 goge in occurſū eorū extra caſtra. Ira-  
 tulq; moyſes p̄m̄ ap̄ib; ereratus tri-  
 bumis et cēturiomb; qui venerāt de bel-  
 lo ait. Cur feminas reſeruaſtis? Rōne  
 iſte ſūt q̄ ceperūt filios iſrl ad ſuggeſti-  
 onē balaam et p̄uaricari fecerūt vob;  
 in dñi o ſup peccato phogoz vnde et per-  
 cuſſus eſt populus. Ergo auctas inter-  
 ficite. Quicquid eſt generis maſculini eni-  
 am ī paruulis : et mulieres q̄ nouerūt vi-  
 ros in coitu ſugulate : puellas autē et  
 omnes feminas virgines reſeruate vo-  
 bis . et manete extra caſtra ſeptē dieb;  
 Qui occiderit hominē vel occaſū teti gerit  
 luſtrabit die tercio .7. ſeptio. Et de om̄i  
 p̄eda : ſiue veſtimētū fuerit ſiue vas  
 et aliquid in vtenſilia p̄paratū . et ca-  
 prarū pellib; .7. pilis .7. ligno c̄piabitur  
 Eleazar q̄ ſacerdos ad viros extratus  
 qui pugnauerāt ſic locutus eſt. Hoc ē  
 p̄ceptū legis qd̄ mandauit de moyſi

diuū et argenti et es et ferzū et plūbū  
 et ſtannū et omne qd̄ poteſt tranſire p̄  
 flāmas igne purgabitur . quicquid aut̄  
 igne nō poteſt ſuſtinere . aqua c̄pia cō-  
 mis ſanctificabit : et lauabis veſtimen-  
 ta vltra die ſeptimo : et purificati po-  
 ſtea caſtra intrabitis. Dixit q̄ dñs ad  
 moyſen. Tollite ſummā eorū q̄ capta ſūt  
 ab hoie uſq; ad p̄ans tu .7. eleazar ſacer-  
 dos . et p̄ncipes vulgi : dimiſſiq; ex equo  
 p̄edam inter eos qui pugnauerunt .7.  
 egreſſi ſunt ad bellū .7. inter omnē reli-  
 quā multitudinē .7. ſeparabis partē to-  
 mino ab hīs qui pugnauerūt .7. fuerūt  
 in bello vnā animā de quingentis : tam  
 et hoib; q̄ ex bobus .7. aſinis .7. ouibus  
 et dabis eā eleazaro ſacerdoti : qz p̄imi-  
 tie dñi ſunt. Ex mediā q̄ parte filiorū  
 iſrael acāpies quinquageſimū caput  
 hoim .7. bouū .7. aſinorū .7. ouū auctorū  
 animantū : .7. dabis ea leuitis qui exa-  
 bant in aſtodijs tabernaculi dñi. Feceruntq;  
 moyſes .7. eleazar ſicut p̄ceperat  
 dñs .7. fuit aut̄ p̄eda quā extratus cepe-  
 rat . ouū ſexcenta ſeptuagintaquinq;  
 milia : bouū ſeptuagintadu milia . aſi-  
 norū ſexagintamilia .7. mille . aſine ho-  
 minū ſerus femineī q̄ nō cognouerant  
 viros trigintadu milia . Dataq; ē me-  
 dia pars hīs q̄ in p̄elio fuerāt . ouū  
 trecenta trigintaſeptem milia quingen-  
 te . et quib; in partem domini ſupputa-  
 te ſunt oues ſexcente ſeptuagintaquin-  
 q; : et de bobus trigintaſex milibus bo-  
 ues ſeptuaginta .7. duo : de aſinis trigin-  
 ta milibus quingentis . aſini ſexaginta  
 vnus . De aſinib; boim ſexcenta milibus  
 ceſſerūt in partem dñi .7. trigintadu  
 mille . Tradiditq; moyſes numerū p̄imi-  
 tiarū dñi eleazaro ſacerdoti ſicut fuerat  
 ſi imperatum ex mediā parte filiorum

israhel: quā separauerat hijs qui in prelio fuerat. De media vero parte quā cōtingerat relique multitudinis: id est de ouibus trecentis triginta septē milibus quingentis. et de bobus triginta septē milibus: et de asinis triginta milibus quingentis. et de hominibus sexcenti milibus. tulit moyses quinquagesimū caput et de die leuitis quā exarabat in tabernaculo dñi: sicut preceperat dñs. Cūq; accessissent pñāps exaratus ad moysen et tribuni cēturionesq; dixit. Nos serui tui recensuim⁹ numerū pugnatōrū quos habuim⁹ sub manu nrā: et ne vnus quēre defuit. Ob hāc causam offerim⁹ in donarijs dñi singuli quod in preda auri potuimus inuēire prisceles et armillas anulos et ceteralia ac murenulas: ut depreceris pro nobis dñm. Suscepitq; moyses et eleazar sacerdos omne aurū in duobus specieb; ponitō sexcenta milia septingentos quinquaginta siclos: a tribub; et cēturiōib;. Vniūsq; em̄ quod in preda rapuerat snū erat. Et susceptū intulerūt in tabernaculū testimonij: in mōmētū filiozū israhel coram dño. **xxij**

**F**ilij autē ruben et gad habebant preda multa: et erat illis in iūmētis infinita substantia. Cūq; vidissent iazer et galaad apertas animalibus alendis terras: uenerūt ad moysen et eleazarum sacerdotem et pñāps multitudinis: atq; dixerunt. Astaroeth et dybon et iazer et nemra elebon et eleale et saban et nebo et beon terra: quā percussit dominus in conspectu filiozū israhel regionis uberrime est ad pastum animalium: et nos serui tui habemus iūmēta plurima: preeamurq; si inuenimus gratiam coram te. ut sis nobis famulis tuis eam in possessionem nec facias

nos transire iordanē. quibus respondit moyses. Nūquid fratres vzi ibūt ad pugnā et vos hic secebitis. Cur subuertitis mentes filiozū israhel: ne transire audeant in locū quē eis daturus ē dñs. Nōne ita egerūt pñes vestri: quādo mihi de cadesbarne ad eploroandā terrā. Cūq; venissent usq; ad vallem botri lustrata omni regione subuerterunt cor filiozū israhel ut non intrarent fines quos eis dñs dedit: qui iratus iurauit dicens. Si viderūt homines qui ascenderūt ex egypto a viginti annis et supra terram quā sub iuramento pollicitus sū abraham ysaac et iacob: et noluerūt sequi me preter caleph filiū israhone cenezēū et iosue filiū nun. Isti impleuerūt voluntatē meā. Trastisq; dñs aduersum israhel arāduit eū per desertum quadraginta annis: donec osumeretur vnuerisa generacō quę fecerat malū in conspectu ei⁹. Et ecce inquit vos surrexistis pro patrib; vestris incrementa et alii hominum peccatorū: ut augetis furorē domini contra israhel. Quod si nolueritis sequi eū in solitudine et populū derelinquit et vos causa eritis nece omnium. At illi prope accedentes dixerunt. Caulas omnium fabricabimus et stabula iumentorum: paruuliq; quoq; nostris vrbes munitas: nos autē ipsi armati et acinēdi p̄gemus ad preliū ante filios israhel donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri et quicquid habere possumus erunt in vrbibus muratis propter habitatorū in fidiās. Nō reuertemur in domos nrās usq; dū possitēat filij israhel hereditatem suam: nec quicquid querimus trans iordanem. quā habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Quibus moyses ait.



Di facias qd promittis expediat pgi-  
te corā dño ad pugñā. et omis vir bel-  
latoꝝ armatus iordanē transeat. donec  
subucrat dñs inimicos suos. et subia-  
atur cū omis terra. tūc eritis inculpabi-  
les apud deū ⁊ apud israel: et obtine-  
bitis regiones quas vultis corā dño.  
Dicit autē qd dicitis nō feceritis: nulli du-  
bii est quin peccatis in deum: et scito te  
quomā peccati vstrū apprehendet vos.  
Edificate ergo vrbes paruulis vstris  
et caulas et stabula omibz ac iumentis  
et qd pollicati estis implere. Dixeruntq;  
filij gad ⁊ ruben ad moysen. Derrū tui  
simus. faciemus qd iuber dñs noster  
Paruulos nostros ⁊ mulieres ⁊ proora  
ac iumenta relinquemus in vrbibz ga-  
laad. nos autē famuli tui omīs expediat.  
pergemus ad bellū sicut tu dñe loque-  
ris. Precepit ergo moyses eleazaro sa-  
ceron et iosue filio nun et primipibus  
familiarū tribus isrl: et dixit ad eos.  
Di trāserit filij gad ⁊ filij ruben vobis-  
cū iordanē omīs armati ad bellū corā vo-  
mino. et vobis fuerit terra subiecta: da-  
te eis galaad in possessionē. Dicit autē  
noluerint transire vobiscū in terrā cha-  
naan: inter vos habitandi acapiant lo-  
ca. Responderuntq; filij gad. et filij ru-  
ben. Dicit locutus est dñs seruis suis  
ira faciemus. Ipsi armati pergemus co-  
ram dño in terrā chanaan: et possessio  
nra iā suscepisse nos cōfitemur trans  
iordanē. Dedit itaq; moyses filijs gad  
et ruben et dimidiē tribu manasse filij  
ioseph regnū seon regis amozrei et re-  
gnū og regis basan: et terrā eorū cum  
vrbibus suis p arcuū. Igit̄ extruxerūt  
filij gad dibon et ashtaroth et arcer et  
roth et sopham et iazer iecbaa et berb-  
nemra et berbaran vrbes munitas: et

caulas pccozibus suis. filij vtro tu-  
ben edificauerunt csebon et eleale et ca-  
riathaim ⁊ nabo ⁊ baalmon vrbis no-  
minibz: sabama q̄ imponentes vrbibus  
la vrbibus quas extruxerāt. Porro fi-  
lij machir filij manasse p̄xerūt in ga-  
laad: et vastauerūt eā interfecto amoz-  
ro habitatore eius. Dedit ergo moy-  
ses terrā galaad machir filio manasse  
qui habitauit in ea. Jair autē filius ma-  
nasse abijt et occupauit vicos eius: q̄s  
appellauit anoth iahir id ē villas iair.  
Robe q̄ p̄xerit ⁊ app̄hedit canath cū vi-  
cibus suis vocantq; eā et noīc suo nobe

**H**ec sunt mansiones. filij  
filioꝝ isrl q̄ egressi sunt ex egipto  
per turmas suas in manu moysi et aa-  
ron: q̄s descripsit moyses iuxta castror-  
um loca q̄ dñi iussione mirabā. Pro-  
fecti igitur ex ramesse mēse primo quī  
tateā die mēsis p̄mī: fecerūt altera die  
phase filij israel in manu excelſa vici-  
tibus cunctis egiptijs. ⁊ sepeliēbz pri-  
mogenitos quos paſſerat dñs. Nam  
et in dijs eorū exerauerat vlcōnem. Ca-  
strametati sunt i socoth: de socoth ex-  
nerunt in etham que est in extremis fi-  
nibus solitudinis. Inde egressi vnerūt  
cōtra pbiaroth que respicit beelſepe  
et castrametati sūt ante magdalu. Pro-  
fectiq; de pbiaroth trāserūt per mediū  
mare in solitudinē et ambulātes tribz  
diebus per desertum ethani castrameta-  
ti sunt i mara. Profectiq; de mara vne-  
runt in helim vbi erat duodecim fontes  
aquare ⁊ palme septuaginta: ibiq; ca-  
strametati sūt. Deo et inde egressi: fire-  
runt tentoria sup̄ mare rubrū. Profe-  
ctiq; de mari rubro castrametati sūt in  
deserto synai: vnde egressi vnerūt i op-  
tha. Profectiq; de optha castrametati

104525

sunt in halus. egressiq; de halus raphi-  
dim fixere tentoria. vbi populo defuit  
aqua ad bibendū. Profectiq; de raphi-  
dim: castrametati sūt in deserto synai.  
Sed et de solitudine synai egressi. vne-  
runt ad sepulcra dissipiscentie: profe-  
ctiq; de sepulcra dissipiscentie castrame-  
tati sūt in asseroth: et de asseroth vne-  
runt in rethma. Profectiq; de rethma.  
castrametati sūt in remonphares: vnde  
egressi venerūt in lebna. De lebna ca-  
strametati sūt in ressa: egressiq; de ressa  
venerūt in cedatha. Vnde pfecti caltra-  
metati sūt in monte sepber: egressiq; de  
monte sepber venerunt in arada. Vnde  
proficiscentes castrametati sūt in mace-  
loth: profectiq; de maceloth venerūt in  
taath. De taath castrametati sūt in tha-  
re: vnde egressi fixere tentoria i metcha  
et de metcha castrametati sunt in efmo-  
na: profectiq; de efmona venerūt in ma-  
seroth. Et de maseroth castrametati sūt  
in baneiachan: profectiq; de baneiachá  
venerūt in monte gadgad. Vnde profe-  
cti castrametati sūt in ietxebatha: et de  
ietxebatha venerūt in ebzona. Egressi-  
q; de ebzona castrametati sunt in asion  
gaber: vnde profecti venerūt in desertum  
Perussit autē dñs regē: et fuit leprosus usq; in diem mortis sue: et habitabat in domo libera scosini. **J**oachan vero filius regis gu bernabar palatū: et iu. dicebat populū terre. **R**eliqua autē sermonū azarie et vniūsa que fecit: nōne hęc scripta sunt in libro verborū dierū regū iuda. **E**t dormiuit azarias cū patribus suis: sepeliūturq; cū cū maioribus suis in ciuitate dauid: et regnauit ioachan filius eius pro eo. **A**nno tricesimo octauo azarie regis iude regnauit zacharias filius iheroboam super israhel in samaria sex mensib;: et fecit qđ malum est coram dño sicut fecerāt patres eius. **N**on recessit a peccatis iheroboam filij nabath: qui peccare fecit israhel. **C**onstitit autē contra eum sellū fili; ia bes paussitq; cū palam et interfecit: regnauitq; pro eo. **R**eliqua autē verborū zacharie nōne hęc scripta sūt in libro sermonū dierū regū israhel. **I**ste ē sermo domini quē locutus est ad iehu dicens: **F**ili; tui usq; ad quartam generationē seecbunt de te sup thronū isrl. **F**actūq; est ita. **S**ellū filius iabes regnauit tricesimo nono anno azarie regis iude. **R**egnauit autē vno mense in samaria. **E**t ascendit manaxen filius gaddi de thersa: venitq; samariam: et percussit sellū filiū iabes in samaria: et interfecit eum: regnauitq; pro eo. **R**eliqua autē vborū sellum et cōmratio eius per quā tetēdit in fidias: nōne hęc scripta sūt in libro sermonū dierū regū israhel. **E**t tunc percussit manaxen thapsam: et omnes qui erant in ea: et terminos eius de thersa. **P**oluerant em aperire ei. **E**t interfecit omnes pregnantēs eius: et scidit eas. **A**nno tricesimonono azarie regis iude regnauit manaxen fili; gaddi sup isrl

decem annis in samaria: factq; qđ erat malū coram dño. **N**on recessit a peccatis iheroboam filij nabath qui peccare fecit israhel: cū diebus ei;. **S**eniebar phul rex assiriorū i thersa: et dabat manaxen phul mille talenta argenti. ut esset ei in auxiliū: et firmaret regnū eius. **I**ndixitq; manaxen argenti super israhel cū diebus potentibus: et diuisib; ut daret regi assiriorū: quinquaginta siclos argenti per singulos. **R**auerfusq; est rex assiriorū: et non est moratus in thersa. **R**eliqua autē sermonū manaxen et vniūsa que fecit: nōne hęc scripta sūt in libro sermonū dierū regū israhel. **E**t dormiuit manaxen cū patribus suis: regnauitq; phaceia filius ei; pro eo. **A**nno quinquagesimo azarie regis iude regnauit phaceia filius manaxen sup israhel in samaria biennio: et fecit qđ erat malum coram dño. **N**ō recessit a peccatis iheroboam filij nabath: q; peccare fecit israhel. **C**onstitit autē adūlus cum phacee filius romelic dux eius: et percussit eum in samaria in turre dom; regie iuxta argob et iuxta ariph: et cū eo quinquaginta viros de filijs galaaditarum et interfecit eum: regnauitq; pro eo. **R**eliqua autē sermonū phacee et vniūsa que fecit: nōne hęc scripta sunt in libro sermonū dierū regū israhel. **A**nno quinquagesimo sexto azarie regis iude regnauit phacee filius romelic sup isrl in samaria viginti annis: et fecit quod erat malū coram dño. **N**on recessit a peccatis iheroboam filij nabath: q; peccare fecit isrl. **I**n diebus phacee regis israhel vit theglat phalassar rex assir et cepit abion: et abel domū maacha: et ianoe et ceter et alor: et galaad: et galileam: et vniuersam terram neptalim:

et tranſtulit eos i aſſirios. Contrauit  
 aut et terendie inſidias ofee filius iſaia  
 contra phacee filiu romelle: et percuffit  
 eum et interfecit: regnauitq; pro eo vi-  
 ceſimo anno ionathan filij oſie. Reliq;  
 aut ſermonu phacee et vniuerſa que fe-  
 cit: nonne hec ſcripta ſunt in libro ſer-  
 monu diez regum iſrahel. Anno ſedo  
 phacee filij romelle regis iſrahel: regna-  
 uit ioathan filius oſie regis iuda. Vi-  
 ginti q; annoy erat cu regnare cepiſ-  
 ſet: et ſexam annis regnauit in iheruſa-  
 lem. Non enim miris eius iheruſa: filia zache-  
 ſatq; qd erat placitu coram domino  
 Juxta omnia que fecit oſias pater ſu-  
 operatus eſt: vrutamen excelsa no ab-  
 ſtulit. Adhuc pplſ immolabat et aro-  
 lebat incenſum in excelsis. Ipe edifica-  
 uit portam domus dñi ſub limiſſimam  
 Reliqua aut ſermonu ioathan et vni-  
 uerſa que fecit: nonne hec ſcripta ſunt in li-  
 bro verboy dieru regu iuda. In dieb;  
 illis cepit dñs mixare in iudam raſin  
 regem ſirie: et phacee filiu romelle. Et  
 dormiuit ioathan cu patrib; ſuis ſepul-  
 tusq; eſt cu eis in ciuitate dauid patris  
 ſui: et regnauit achas filius eius pro eo

**A**nno decimoſextimo phacee  
 filij romelle: regnauit achas filius  
 ioathan regis iuda. Viginti annorum  
 erat achas cum regnare cepiſſet: et ſe-  
 xam annis regnauit in iheruſa. Non fe-  
 cit qd erat placitu i coſpectu dñi dei ſui  
 ſicut dauid pater eius: ſed ambulauit in  
 via regu iſrahel. In ſup et filiu ſui co-  
 ſecrauit tranſſerens per ignem ſcandou  
 ydola gentiu: que diſſipauit dominus  
 coram filiis iſrl. Immolabat q; victi-  
 mas et arolebat incenſum in excelsis et  
 in collib; et ſub omni ligno frondoso  
 Tunc aſcendit raſin rex ſirie: et phacee

filius romelle rex iſrahel ad pliandu  
 in iheruſale. Cuiq; obſiderent achas:  
 non valuerunt ſuprare eu. In tempore  
 illo reliquit raſin rex ſirie haylam ſirie  
 et ei erat iuxtos de hayla. Et yvomei et  
 ſiri venerit in haylam: et habitauerunt  
 ibi uſq; in diem hac. Miſit aut achas  
 nuncios ad regem phalaffar regem aſ-  
 ſiriozu diceſ. Seruus tuus et filius tuus  
 ego ſum. Aſcende et ſaluu me fac de ma-  
 nu regis ſirie et de manu regis iſrahel  
 qui conſurrexerunt aduſum me. Et cu col-  
 legiſſi argenti et aur; qd inueiri potuit  
 in domo dñi. et i theſauris regis miſit  
 regi aſſirioy munera: qui et acquieuit  
 volutari ei. Aſcendit aut rex aſſirioy  
 in damascu et vaſtauit eam: et tranſtulit  
 habitatores eius epyren: raſin aut inter-  
 fecit. Perrexitq; rex achas in oceanum  
 reglar phalaffar regi aſſirioy i dama-  
 ſcum. Cuiq; vididiſſet altare damasce:  
 miſit rex achas ad vriam ſacerdotē et  
 emplar eius et ſimilitudinē iuxta omne  
 opus eius. Extruxitq; vrias ſacerdos  
 altare. Juxta omnia que preperat rex  
 achas de damasco: ita fecit ſacerdos vri-  
 as donec veniret rex achas de damasco  
 Cuiq; veniſſet rex de damasco vidit al-  
 tare et ven erat eſt illud: aſcenditq; et  
 immolauit olocauſta et ſacrificiu ſuum  
 et libauit libamina et fudit ſanguine  
 paſſicoy q; obtulerat ſup altare. Por-  
 ro altare eredi qd erat corā dño tranſlu-  
 lit de ſacie repli et de loco altaris et de loco  
 replidni: poſuitq; illud ex latere altaris  
 ad aqilonē. Precepit q; rex achas vrie  
 ſacerdoti diceſ. Sup altare mai' offer olo-  
 caultu marumiu et ſacrificiu xſperitū  
 et olocaultu regis et ſacrificiu eius et olocau-  
 ſtu vniuerſi ppli ſire et ſacrificia eoy et liba-  
 mina eoy: et omes ſanguine olocaultu



et vniuersū sanguinem victime super  
illud effundes. Altare vero erum erit  
paratū ad voluntatem meā. fecit igit̃  
vrias saceros iuxta omnia que p̃parat  
rex achas. Tulit autē rex achas cela-  
ras bases ⁊ lita em q̃ erat telup: et ma-  
re deposuit de bobus ereis q̃ sustētabāt  
illud: et posuit sup pavimentū strātū  
lapide. Misach q̃ sabbati qd̃ edificas-  
uerat ī templo ⁊ ingressū regis exteri⁹  
cōuertit in tempū dñi: p̃pter regē assi-  
rioy. Reliqua autē verborum achas et  
om̃ia que fecit: nonne hec scripta sunt  
in libro sermonū dierū regū iuda ⁊ iudō-  
mūitq; achas cum patribus suis: ⁊ se-  
pultus est cū eis in ciuitate dauid: ⁊ re-  
gnauit ezechias filius ei⁹ p̃ eo. xvij.

**A**regnavit osce filius hela in sama-  
ria sup israhel nouem annis: fecitq; ma-  
lum coram domino: sed nō fuit reges  
israhel qui ante eū fuerūt. Cōtra hūc  
ascendit salmanasar rex assirioy: et fa-  
ctus est cū osce seru⁹: redēbatq; illi tri-  
buta. Cūq; cōprehendisset rex assirioy  
osce q̃ rebellare nitens misisset nūa os  
ad sua regē egipti: ne prestaret tributa  
regi assirioy: fuit singulis annis solit⁹  
erat: obsedit eum: et vñdum misit in  
carcerem: peruagarusq; est omnē terrā  
et ascendens samariā obsedit eam tribus  
annis. Anno autē nono osce cepit rex  
assirioy samariā: et transtulit isrl̃ in  
assirios: posuitq; eos in haylam et in  
abor iuxta fluuiū gozan in ciuitatib; us  
medozum. factū est enī cum peccassent  
filij israhel domino deo suo qui eduxerat  
eos de terra egipti de manu pharaonis  
regis egipti: coluerūt deos alienos: et  
ambulauerūt iuxta ritum gentū quas  
cōsumperat domin⁹ in cōspectu filioy

israhel ⁊ regū isrl̃: quia similiter fecerāt.  
Et irritauerūt filij isrl̃ verbis nō rectis  
dominū deū suum: et edifica uerūt sibi  
exclsa in aundis vrbibus suis a turre  
custodū usq; ad ciuitatem munitam.  
fecerūtq; sibi stacuas et lucos ī omni  
colle sublimi: et subter omne lignum  
nemorosum: et adolebant ibi incensū  
sup aras in corā gentū quas trans-  
tulerat dñs a facie eoy. fecerūtq; vba  
pessima irriterantes domino: ⁊ coluerūt  
immūdiāas de quib; p̃cepit eis dñs ne  
faceret vrbū hoc. Et testificatus est  
domin⁹ in israhel et in iuda p̃ manum  
omniū p̃phetay et vicentū dicens. Re-  
uerentiam a vrb; vestris pessimis: et a-  
stodite p̃cepta mea ⁊ certimonias: iuxta  
omnē legē quā p̃cepi patrib; vestris: ⁊  
fiat mihi ad vos in manu seruoꝝ me-  
ozum p̃phetay. Qui non audierūt: sed  
in durauērūt ceruicē suā iuxta ceruicem  
patrum suoy qui nō luērūt obedire do-  
mino deo suo. Et abiecerūt legitima ei⁹  
et pactum qd̃ pepigit cū patrib; eozū  
et testificationes quib; constatatus est  
eos: sciantq; sūt vanitates ⁊ vane ege-  
runt: et secuti sūt gentes que erāt p̃ ar-  
cū eoy sup quib; p̃parat dominus  
eis ut nō facerent fiant et ille faciēbat.  
Et dereliquerūt omnia p̃cepta dñi dei  
sui: feceruntq; sibi conflatiles duos vi-  
tulos et lucos: et adorauerunt vniuer-  
sam militiam celi. Seruieruntq; baal:  
et consecrauerunt filios suos et filias  
suas p̃ ignem. Et diuina cōm̃i miserue-  
bant ⁊ augurijs: et tradiderūt se ut fa-  
cerent malū corā dño: et irriterunt eū.  
Iratusq; est dñs vberēter israheli: et  
abstulit eos a cōspectu suo: ⁊ non re-  
mansit mihi tribus iuda tantummodo.  
Sed nec ipe iuda custodiuit mandata

domini dei sui: veritatem ambulavit in  
 erroribus israel. quos operatus fuerat  
 proiecitque dominus omne semen israel et affli-  
 xit eos et tradidit eos in manu diripi-  
 entium. donec piseret eos a facie sua: ex  
 eo iam tempore quo scissus est israel a  
 domo dauid: et constitutus est sibi regem  
 iheroboam filius nabath. Separavit enim  
 iheroboam israel a domino: et peccare eos  
 fecit peccati magnum. Et ambulaverunt  
 filij israel in vniuersis peccatis iheroboam  
 que fecerat: et non recesserunt ab eis usque  
 quo dominus auferret israel a facie sua  
 sicut locutus fuerat in manu omnium ser-  
 uorum suorum prophetarum. Translati suntque  
 israel de terra sua in assyrios usque in die  
 hanc. Adduxit autem rex assyriorum de babilo-  
 ne et de artha et de abiarth et de emath  
 et de sepharuaaim: et collocavit eos in ci-  
 uitatibus samarie pro filiis israel. Qui per-  
 sederunt samariam: et habitauerunt in  
 urbibus eius. Cumque ibi habitare cepis-  
 sent non timebant dominum: et immisit eis  
 dominus leones: qui interficiebant eos. Nu-  
 dia tumque est regi assyriorum et dixit. Gen-  
 tes quas transfulisti et habitare fecisti  
 in ciuitatibus samarie ignorat legitima  
 dei terre: et immisit in eos dominus leones  
 et ecce interfecerunt eos: eo quod ignorarent  
 ritum dei terre. Precepit autem rex assyriorum  
 dicens. Duces illuc unum de sacerdotibus  
 quos inter captiuos adduxistis: ut vadat  
 et habitet cum eis: et doceat eos legi-  
 tima dei terre. Igitur cum venisset unum  
 de sacerdotibus horum qui captiuus ductus fu-  
 erat de samaria habitavit in bethel: et  
 docebat eos quomodo colerent dominum.  
 Et vnaqueque gens fabricata est deum  
 suum. Posueruntque eos in fanis excelsis  
 que fecerant samarite gens et gens in  
 urbibus suis in quibus habitabant: viri

enim babilonij fecerunt sochor benoth:  
 viri autem artham fecerunt nergel: et viri de  
 emath fecerunt asuna. Porro eui fecerunt  
 nchaas et tharthas horum autem qui erant de  
 sepharuaaim comburebant filios suos  
 igni ad ramelech et anamelech dijs se-  
 faruaaim: et nichilominus colebant dominum  
 fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdo-  
 tes excelso: et ponebant eos in fanis  
 sublimibus. Et cum dominum colerent  
 dijs que suis seruiebant iuxta consuetu-  
 dinem gentium de quibus translati fuerant  
 samariam. Usque in presentem diem morem  
 sequuntur antiquum. Non timent dominum  
 neque custodiunt ceremonias eius atque iu-  
 dia et legem et mandatum quod pre-  
 ceperat dominus filiis iacob que cognomi-  
 nauit israel: et praussertat cum eis pa-  
 datum. et madauerat eis dicens. Nolite  
 timere deos alienos et non adoratis eis  
 neque colatis eos et non immolatis eis  
 sed dominum deum vestrum qui eduxit vos de  
 terra egypti in fortitudine magna et in  
 brachio extenso. ipsum timeat et illum ado-  
 rate: et ipsi immolate. Cerimonias que  
 et iudicia et legem et mandatum quod  
 scripsit vobis custodite ut faciatis an-  
 tis diebus: et non timeatis deos alienos  
 Et padum quod praussit vobiscum no-  
 lite obliuisci: nec colatis deos alienos  
 sed dominum deum vestrum timeat: et ipse eruet  
 vos de manu omnium inimicorum vestrorum  
 Illi vero non audierunt: sed iuxta con-  
 suetudinem suam pristinam petrabant  
 fuerunt igitur gentes iste timentes quidem  
 dominum: sed nichilominus et proolis suis  
 seruientes. Nam filij eorum et nepotes suar  
 fecerunt proes sui ita faciunt in presentem diem

Anno tercio .xviij.  
**A**osee filij helai regis israel regna-  
 uit ezechias filius achas regis iuda.

Significatq; annos erat cum regnare cepisset: et viginouē annis regnauit in iherusalē. Domē miris eius abisa filia zacharie. fecitq; qd erat bonum corā dño: intra omnia que fecerat dauid pater eius. Ipse dissipauit exelsa: et contriuit stauas et succedit lucos: cōfregitq; serpentem eremū quē fecerat moyses. Si quidem usq; ad illud tempus filij israhel atolebant ei incensum Vocauitq; nomē eius nobestan. Et in domo tuo isrlt sperauit. Itaq; post eū nō fuit similis ei de cūctis regib; iuda sed neq; in hys que ante eū fuerūt: et adhefit domino: et non recessit a vestigijs eius: fecitq; mandata eius que p̄ceperat dominus moysi vnde et erat dominus cū eo: et in cūctis ad que p̄ceperat sapienter se agebat. Rebellaui q; contra regem assirioꝝ: et nō seruiuit ei. Ipse passit philisteos usq; ad gazam et omnes terminos eoz: a turre auldum usq; ad ciuitatem munitam. Anno quarto regis ezechie qui erat ānus septimus ose filij hela regis isrlt. ascendit salmanasar rex assirioꝝ samariam et oppugnauit eam et cepit. Nam post annos tres anno sexto ezechie id ē nono āno ose regis israhel capta est samaria: et translulit rex assirioꝝ israhel in assirios. collocauitq; eos in abyla et in aboz. fluijs gozan in ciuitatibus meoz: quia nō audierūt vocem domini sui. sed p̄tergressi sunt pactū eius. Omnia que p̄ceperat moyses seruus dñi nō audierūt neq; fecerūt. Anno quarto decimo regis ezechie ascendit sennacherib rex assirioꝝ ad vniuersas ciuitates iuda munitas: et cepit eas. Tunc misit ezechias rex iuda nuncios ad regem assirioꝝ in lachis dicens. Peccaui

Recede a me: et omne quod impositū est michi feram. Indixit itaq; rex assirioꝝ ezechie regi iude trecenta talenta argenti et triginta talenta auri. Deditq; ezechias omne argentū qd reperit fuit erat in domo dñi: et in thesauris regis. In tempore illo cōfregit ezechias valuas templi dñi et lammas auri quas ipse affixerat: et reddidit eas regi assirioꝝ. Misit autē rex assirioꝝ thartan et rapsaris et rapsacen de lachis ad regem ezechiam cū manu valda isrlm. Qui cum ascendissent venerūt iherusalē et steterūt iuxta aqueductū piscine superioris que est in via agri fullonis: vocauerūtq; regem. Egressus est autē ad eos eliachim filius elchie p̄positus domus et sobna scriba et ioabz filius asaph a cōmentarijs: dixerūt ad eos rapsaces loquimini ezechie. Hec dicit rex magnus: rex assirioꝝ. Que est ista fiducia qua miteris et forsitan misit cōsiliū: ut p̄pares te ad p̄liū. In quo confidis: ut autēas rebellare. An speras in baculo arundinis eo atq; cōfracto egipto. Super que inauertit homo: cōmunitus ingredietur manū eius: et p̄forabit eam. Sic est pharao rex egipti. omnibus qui cōfidunt i se. Quod si dixeritis michi in domino tuo nostro habemus fiduciā nōne iste est cuius abstulit ezechias exelsa et altaria: et p̄cepit iure et isrlm ante altare hoc atoz abinis in iherusalē. Nunc igitur transite ad dominū meū regem assirioꝝ: et dabo vobis duo milia equorum: et vixite an habere valeatis ascēsores eoz. Et quomō potestis resistere āte vnū satrapam de seruis domini mei minimis. An fiduciam habes in egipto p̄pter curus et equites. Nunquid sine dñi voluntate ascēdi ad locū

istum: ut demoliret eum. Dominus dixit michi. Ascende ad terram hanc: et demolire eam. Dixit autem eliabim filius elchie et sobna scriba et ioabe rapfai. Precamur ut loquaris nobis seruis tuis siriaee: siquidem intelligimur hanc linguam: et non loquaris nobis iudaice audiente ipso: qui est super murum. Responditque eis rapfai dicens. Numquid ad dominum tuum et ad te misit me dominus meus ut loquerer sermones hos: et non potius ad viros qui sciant super murum ut comedat iterora sua: et bibant vinam suam vobiscum. Stetit itaque rapfai et exclamavit ecce magna iudaeae et ait. Audite verba regis magni: regis assiriorum. Dec dicit rex. Non vos seducat ezechias. Non enim poterit ertere vos de manu mea: neque fiduciam vobis tribuat super dominum dicens. Errens liberabit nos dominus: et non trahet auras hae in manu regis assiriorum. Nolite audire ezechiam. Dec enim dicit rex assiriorum. Faate meam quod vobis est utile: et egredimini ad me. Et comedit vinumque te vinea sua: et de ficu sua et bibens aquas de asteris vestris: donec veniam et transferam vos in terram quae similis est terre vestre: in terram fructiferae et fonsilem vini: terram panis et vinearum: terram oliuarum et olei ac mellis: et venietis et non moriemini. Nolite audire ezechiam qui vos decipit dicens: dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dii gentium terram suam de manu regis assiriorum? ubi est deus amath et apthar? ubi est deus sapharuaaim an a? aua? Numquid liberauerunt samariam de manu mea? Qui nam illi sunt in universis diis terrarum qui erunt regione sua de manu mea: ut poterit ertere dominus iherusalae de manu mea?

Tacuit itaque populus: et non movit ei quicquam. Siquidem praeprium regis acceperant: ut non responderent ei. Venitque eliabim filius elchie praepositus domus et sobna scriba et ioabe filii asaph a comitibus ad ezechiam scribas vestibus: et nuntiaverunt ei verba rapfai.

**Q**ue cum audisset ezechias rex scripsit vestimenta sua: et operatus est sacco: ingressusque est domum domini: et misit eliabim praepositum domus et sobnam scribam: et senes de sacerdotibus optimos sacris ad psalam prophetam filium amos. Qui dixerunt. Dec dicit ezechias. Dies tribulationis et inreparationis et blasphemie dies iste. Venit filius usque ad partem: et vires non habes parturitis. Si forte audiat dominus deus tuus: uniuscuiusque verba rapfai quae misit rex assiriorum dominus super te: ut exprobarer vel vincerer et arguerer verbis quae audivit dominus deus tuus: et fac orationem pro reliquiis quae repperit super te. Venit ergo serui regis ezechie ad psalam. Dixitque eis psalms. Dec dicitis domino vestro. Dec dicit dominus. Noli timere a facie sermonum quos audivisti: quibus blasphemaverunt pueri regis assiriorum me. Ecce ego immittam ei spiritum: et audivit nuntium: et revertet in terram suam: et vidit eum gladio in terra sua. Reversus est ergo rapfai: et invenit regem assiriorum expugnantem lobnam. Audierat enim quae recessisset de iachis. Cumque audisset de tharacha rege ethiopiae dicens. ecce egressus est ut pugnet adversum te: et iret contra eum: misit nuntios ad ezechiam dicens. Dec dicit ezechie regi iuda. Non te seducat deus tuus in quo habes fiduciam: neque dicas. non trahetur iherusalae in manus regis assiriorum. Tu enim ipse audivisti quae fecerunt reges assiriorum universis terris

quomodo vastauerunt eas. Num ergo solus poteris librari? Nunquid liberauerunt dii gentium singulos quos vastauerunt pres mei gozan videlicet et aran et reseph et filios eam. qui erant in thelassar? **Ubi** est rex emath et rex arphar et rex ciuitatis sepharuaaim ana et aua? **Itaq;** cum accepisset ezechias litteras de manu nunciorum et legisset eas: ascendit in domum domini et expandit eas coram domino et orauit in conspectu eius dicens. Domine deus israel qui sedes super cherubim tu es deus solus regum omnium terre: tu fecisti celum et terram. Inclina aurem tuam et audi. **Aperi** domine oculos tuos et uide: et audi omnia uerba sennacherib: que misit ut exprobarer nobis domine ueritate. **Veredomine** dissipauerunt reges assiriorum gentes et terras omnium: et miserunt eos eorum in ignem. **Non** enim erant dii: sed opera manuum hominum ex ligno et lapide: et perdidierunt eos. **Nunc** igitur domine deus noster saluos nos fac de manu eorum: ut sciant omnia regna terre quod tu es dominus deus solus. **Misit** autem ysaias filius amos ad ezechiam dicens. **Hec** dicit dominus deus israel. **Quae** deprecatus es me super sennacherib rege assiriorum audiui. **Iste** est sermo quem locutus est dominus de eo. **Sprouit** te et subuertit te uirgo filia syon: post tergum tuum caput mouit filia iherusalem. **Cui** et probraisti: et quem blasphemasti? **Contra** quem exaltasti uocem tuam: et eleuasti in excessum oculos tuos? **Contra** sanctum israel per manus seruorum tuorum approbasti uocem: et dixisti. **In** multitudine uiruum meorum ascendi excelsa montium in summitate libani: et succidi sublimas cedros eius: et edectas abietes illius. **Et** ingressus sum usque ad terminos eius: et saluum carneli eius ego succidi. **Et** bibi aquas

alienas. et siccaui vestigijs pedum meorum omnes aquas clausas. **Nunquid** non audisti quid ab inicio fecerim? **Et** dicebatur antiquis plasmam illud: et nunc adduxi. **Crunt**que in ruinam collum compugnatum auitates murite: et qui fecerunt in eis humiles manu. **Contemnerunt** et confusi sunt facti sunt velud fenestra agri: et uirrens herba tedoy: que arefacta est antequam ueniret ad maturitatem: **Habitaculum** tuum et egressum tuum et introitum tuum et uiam tuam ego percussit: et furor meum tuum contra me. **Inflamasti** in me: et superbia tua ascendit in aures meas. **Ponam** itaque circulum in naribus tuis: et chamum in labijs tuis: et reducam te in uiam per quam uenisti. **Tibi** autem ezechia hoc erit signum. **Came** hęc anno que repperis: in secundo autem anno que sponte uascuntur. **Porro** in anno tertio seminate et metite plantate uinetas et comedite fructum earum. **Et** quodcumque reliquum fuerit de uino in uia mittere radicem eorum: et faciet fructum sursum. **De** iherusalem quippe egredientur reliquie: et quod saluatur te more syon. **Relus** domini ereratum faciet hoc. **Quam** obrem hęc dicit dominus de rege assiriorum. **Non** ingrediet uerben hanc nec mittere in eam sagittam: nec occupabit eam clipeus: nec circumdabit eam murum. **Per** uiam qua uenit reuertet et ciuitatem hanc non ingredietur dicit dominus: **pregam**que uerben hanc et saluabo eam. **propter** me et propter dauid seruum meum factum est igitur in nocte illa uenit angelus domini: et percussit in castris assiriorum centum octogintaque milia. **Cum**que diluulo surrexisset uidit omnia corpora mortuorum: et recessus abiit: et reuersus est sennacherib rex assiriorum: et mansit in nimue. **Cum**que atozaret in

templo nethach eum suum atramelech  
et sarasar filius eius praesserunt cum  
gladio: fugeruntque in terram armeniorum:  
et regnavit asaraton filius eius pro eo **xx.**

**T**res diebus illis egrotavit ezechias usque  
ad mortem: et venit ad eum ysaias filius  
amos propheta: dixitque ei. Hec dicit do-  
minus deus. Percipi domum tuam. Mori-  
eris enim tu: et non vives. Cui conuertit  
faciem suam ad parietem: et adoravit  
dominum dicens. Obsecro domine: memento  
queso quomodo ambulaverim coram te in ve-  
ritate: et in corde perfecto: et quomodo placatum  
est coram te fecerim. Respondit itaque ezechias  
fletu magno: et ait. Egre tunc ysaias  
mediam partem atrij factus est sermo  
domini ad eum dicens. Revertere: et dicit  
ezechie dicit populi mei. Hec dicit dominus de-  
us dauid patris tui. Audisti orationem  
tuam: vidi lacrimam tuam: et ecce sana-  
vi te. Die tercio ascendens templum domini:  
et addam diebus tuis quinquaginta annos. Sed  
et de manu regis assiriorum liberabo te et  
auertatem habet: et protegetur verbum istam  
propter me et propter dauid seruum meum. Di-  
xitque ysaias. Afferte massam ficorum  
quam cum attulissent et posuissent super  
vlas eius curatus est. Dixerat autem eze-  
chias ad ysaiam. Quod erit signum quod  
dominus me sanabit: et quomodo ascensurus sum  
die tercia templum domini? Cui ait ysaias.  
Hoc erit signum a domino: quod facturus  
sit dominus sermonem quem locutus est. Vis  
ut ascendas vmbra decem lineis: aut ut  
revertat totius gradibus? Et ait ezechias  
facile est vmbra decem lineis  
Nec hoc volo ut fiat: sed ut revertat re-  
trosum decem gradibus. Inuocauit itaque  
ysaias prophetam dominum: et reuocavit vim-  
bram per lineas quibus iam descenderat  
in horologio achas retrosum decem gra-

dibus. In tempore illo misit merodach  
baladan filius baladan rex babiloniorum  
litteras et munera ad ezechiam. Audie-  
rat enim quod egrotasset ezechias. Aetatis  
est autem in aduentu eorum ezechias. et ostendit  
eis domum aromatatum. et aurum et argen-  
tum et pigmenta varia: vnguenta quoque  
et domum vasorum suorum et omnia que habere  
poterat in thesauris suis. Non fuit quod  
non monstrasset eis ezechias in domo sua  
et in omni potestate sua. Venit autem  
ysaias propheta ad regem ezechiam: dixitque  
ei. Quid dixit viri istius: aut vnde vene-  
runt ad te? Cui ait ezechias. De terra  
loginque venert ad me: de babilone. At  
ille respondit. Quid viderunt in domo tua?  
Ait ezechias. Omnia quecumque sunt in  
domo mea viderunt. Nichil enim quod  
non monstrauerim eis in thesauris meis  
dixit itaque ysaias ezechie. Audi sermo-  
nem domini. Ecce dies venient: et au-  
ferentur omnia que sunt in domo tua:  
et que condiderunt patres tui usque in di-  
em hanc in babilonem. Non remane-  
bit quicquam ait dominus. Sed et de filiis  
tuis qui egrediuntur ex te quos gene-  
rabis tollentur: et erunt eunuchi in pa-  
latio regis babilonis. Dixit ezechias  
ad ysaiam. Bonus sermo domini quem  
locutus es. Sit tantum pax et veritas in  
diebus meis. Reliqua autem sermonum  
ezechie et omnis fortitudo eius: et quomodo  
modo fecerit piscinam et aqueductum et  
introduxerit aquas in ciuitate: nonne hec  
scripta sunt in libro sermonum diez regum  
iuda? Dormiuitque ezechias cum patribus  
et regnavit manasses filius eius pro eo **xxi.**

**Q**uoraginta annorum erat manasses  
cum regnare cepisset: et quinquaginta  
septem annis regnavit in iherusalem.  
Nomen matris eius aphsiba.

fecitq; malū in cōspēdu domini iuxta  
 p̄uola gentiū quas delēuit domini a fa:  
 cie filioꝝ israhel. Cōuāsiuq; est et edi:  
 ficauit excelsa q̄ dissipauerat ezechias  
 pater eius: et erexit aras baal ⁊ fecit lu:  
 cos sicut fecerat achab rex isrl: ⁊ atora:  
 uit omnē militiā celi et coluit eam. Ex:  
 truxitq; aras in domo dñi de qua dixit  
 dominus in israhel ponam nomē meum:  
 et extruxit altaria vniuersę militie celi  
 in duob; atrijs templi domini. Et tra:  
 dixit filiū suū per ignē: et ariolatus ē  
 et obfuit au guria. ⁊ fecit p̄bitones  
 et aruspices multiplicauit: ut facerēt ma:  
 lum corā domo ⁊ irritaret eū. Posuit  
 q; p̄uolum luā quē fecerat i templo do:  
 mini: sup quo locutus est dñs ad da:  
 uid et ad salomonē filiū eius. In tem:  
 plo hoc et in israhel quā elegi de cūctis  
 tribub; isrl ponam nomē meū i semp:  
 ternū: et vltra nō faciam cōmoueri pe:  
 tem israhel de terra quā dedi patrib; eoz  
 si custodierint ope omnia que p̄cepi eis  
 et vniuersam legem quā mandauit eis  
 seruus meus moyses. Tili vtro nō audi:  
 crūt: sed secuti sunt a manasse: ut fa:  
 cerent malū super gentes quas cōstrūit  
 dñs a facie filioꝝ israhel. Locutusq; est  
 dñs i manu seruoꝝ suoz p̄phaz dicēs  
 Quia fecit manasses rex iuda abomia:  
 aones istas pessimas sup omnia que fe:  
 cerūt amorci ante eū ⁊ peccare fecit etiā  
 iudam in immūdijs suis: p̄pterea hec  
 dicit dñs deus israhel. Ecce ego indu:  
 cam mala sup israhel et iudam: ut qui:  
 cūq; audierit tinniant ambe aures ei.  
 Et extendā sup israhel funiclm samarie  
 et pondus domus achab: et telebo ihe:  
 rusalē sicut delat solent tabule. Delēs  
 certam: ⁊ ducam crebrūs stilū sup fa:  
 ciem eius. Dimittam vtro reliquias he:

reditatis mee ⁊ tradam eas i manū mi:  
 ni corꝝ eius: crūtq; in vallitate ⁊ in ra:  
 pinā cūctis adūsarijs suis eo q̄ fecerit  
 malū coram me: ⁊ p̄scruauerūt irritā:  
 tes me ex die q̄ egressi sunt patres eoz  
 ex egipto usq; ad hanc diē. In sup et  
 sanguinem innoxium fudit manasses  
 multū minis donec impleret iherusalē  
 usq; ad os: absq; p̄ccatis suis quib;   
 peccare fecit iudā ut faceret malū corā  
 domo. Reliqua autē sermonū manaf:  
 se ⁊ vniuersa que fecit. et peccatū ei⁹ qd̄  
 peccauit: nōne hec scripta sūt in libro  
 sermonū dicy regū iuda s̄. Dormiuitq;  
 manasses cū patrib; suis: ⁊ sepult⁹ est  
 in orto domus sue in orto ozam: et re:  
 gnauit amon fili⁹ eius p̄zo eo. Triginti:  
 duoz annoꝝ erat amon cū regnare ce:  
 pisset: duob; q; annis regnauit in ihe:  
 rusalē. Nomen mris ei⁹ mcsallometh  
 filia aris de israhel. fecitq; malū in cō:  
 spēdu dñi sicut fecerat manasses pater  
 eius: et ambulauit in omni via p̄ quā  
 ambulauerat pater ei⁹. Scrimūq; im:  
 mundicijs quib; seruebat pater eius ⁊  
 atorauit eas: ⁊ reliquit dominiū reum  
 patrum suoz: et nō ambulauit in via  
 domini. Tentauerūq; ei in iudias serui  
 sui: et intafecerūt regem in domo sua.  
 Perussit autē p̄pls terre omnes qui cō:  
 iurauerāt contra regem amon: et cōsti:  
 tuerūt sibi regem ioham filiū ei⁹ p̄zo eo  
 Reliqua autē sermonū amon que fecit:  
 nōne hec scripta sūt in libro sermonū  
 dicy regū iuda s̄. Depellierūtq; eū in se:  
 pulcro suo in orto ozam: et regnauit  
 iohas filius eius p̄zo eo. **xxij.**

**O**cto annoꝝ erat iohas cū regnare  
 cepisset: et trigintauno anno re:  
 gnauit i israhel. Nomen mris ei⁹ yodida  
 filia p̄hadaia de bethsebat. fecitq; qd̄

placū erat corā domino: et ambulauit per omnes vias dāuid patris sui. **N**ō uelinauit ad dexterā sine ad sinistram. Anno autē octauo oedāo regis iofie misit rex saphan filiū allia filij mesulā scribā templi dñi: dicens ei. **V**ade ad helechiā sacerdotem magnū ut cōflectur pecunia que illata est in templū dñi quā collegerunt iamitotes templi a p̄fco: taturq; fabris p̄ p̄positos dom̄i domini. **Q**ui et distribuāt eam h̄ijs qui oprantur in templo dñi ad instauranda sartarecta templi. signarijs uicelicet et cemitarijs et h̄ijs qui intrupta cōponunt: et ut emanentur ligna et lapides et lapidinis ad instaurādum templū dñi. **S**eruumen nō suppetetur eis argentū qd accipiunt: sed ī potestate habeant et in fide dicit autē helechas ponāfer ad saphan scribam. **L**ibru legis reperi in domo domini. **D**editq; helechas volumen saphan scribe: qui et legit illud. **V**enit q̄ saphan scriba ad regem: et renūdauit ei qd p̄ceperat: et ait. **C**onstantē scrui tui pecunia que repta est in domo dñi et dederūt ut distribuēt fabris ac p̄fectis operū templi dñi. **N**arrauit q̄ saphan scriba regi dicens. **L**ibrum uēdit michi helechas sacerdos. **Q**uem cum legisset saphan corā rege: et audisset rex uerba libri legis dñi sci dicit uelimenta sua: et p̄cepit helechie sacerdoti et abiechā filio saphan et achobor filio micha et saphan scribe: et asāte seruo regis dices. **I**te et cōsultite domini sup me et sup p̄fco et sup omni iuda. **E**t uerbis uoluminis istius qd inuentū est. **M**agna enī ira domini succensa est contra nos: quia nō audierunt patres nostri uerba libri hui⁹ ut facerent omne qd scriptū est nobis. **I**erunt itaq; helechas sacer-

dos et abieham et achobor et saphan et asāta ad oldam p̄phetem urozem sellū filij sheue filij aras autodis uelium q̄ habebat in iherlm in scāda: locutiq; sūt ad eam. **E**t illa respondit eis. **D**ec dicit domin⁹ deus israhel. **P**iate uiro qui misit uos ad me. **D**ec dicit dñs. **E**cce ego adducam mala sup locū istū et sup habitatores eius omnia uerba legis q̄ legit rex iuda: qz dereliquerūt me et sacrificauerūt dijs alienis iritantes me in cunctis operib; manū suay. **E**t succendatur indignacō mea in loco hoc: et nō eringuet. **R**egi autē iuda qui misit uos ut cōsuleretis domini sic dicens. **D**ec dicit dñs de⁹ isrl. **P**ro eo q̄ audisti uerba uoluminis et perteriti est cor tuum et humiliatus es coram domino auditis sermonib; contra locū istum et habitatores eius qz uicelicet fierent in stuporem et in maledictū et scidisti uelimenta tua et flexisti corā me et ego audiui ait domini. **I**dāro colligam te ad patres tuos: et colligeris ad sepulcrum tuū in pace: ut nō uideant oculi tui omnia mala que introducturus sū sup locum istum. **xxiii**

**R**enūdauerūt regi qd dixerat. **Q**ui misit: et cōgregati sūt ad eū omnes senes iuda et iherusalem. **A**scenditq; rex templū domini: et cūis uiri iuda uniuersi q; qui habitabant in iherusalem cū eo sacerotes et p̄phete et om̄s p̄fcs a paruo usq; ad magnū: legitq; cūctis audientib; omnia uerba libri feteris qui inuentus est in domo domini. **S**reitq; rex sup gradū et sedus pausit coram domino: ut ambularet post domini: et custodirent p̄cepta eius et testimonia et cerimonias in omni corde et ī tota aīma: et suscitaret uerba scriptis.



huius que scripta erant in libro illo.  
 Acqueuitq; p̄pls pacto. Et p̄cepit rex  
 bechie pontifici et sacerdotibus secūdi or-  
 dinis et ianitoribus ut p̄icerent de templo  
 domini omnia vasa que facta fuerant  
 baal et i lico et vniūse milicie celi: et cō-  
 buisit ea foris iherusalem in conualle ce-  
 dron: et tulit puluerem eoz in bethel.  
 Et eleuit aruspices quos posuerant re-  
 ges iuda ad sacrificandū in excelis per  
 ciuitates iuda et i ciuitatibus iherusalem: et eos  
 qui atolebant incensū baal et soli et lu-  
 ne et d̄ noctam signis et omni milicie celi  
 Et effertit fecit lucū de domo d̄ni foras  
 iherusalem in cōualle cedron et cōbuisit  
 eum ibi et reegit in puluere: et pro-  
 iecit super sepulcra vulgi. Destruixit q̄  
 ediculas effenimatoz que erāt i domo  
 d̄ni: p̄ quibus mulieres terebant quasi  
 tomunculas iuda. Cōgregauitq; omnes  
 sacerdotes de ciuitatibus iuda: et cōtami-  
 nauit excelsa ubi sacrificabant sacerdo-  
 tes. de gabaa usq; bethabee. Et destruxit  
 aras portaz in introitu ostij iose prim-  
 a p̄is ciuitatis: qd̄ erat ad sinistram porte  
 ciuitatis. Veruntamen nō ascendebant  
 sacerdotes excelsoz ad altare d̄ni in ihe-  
 rusalem: sed tantū comēbāt azima in  
 medio fratrum suoz. Contaminauit q̄  
 topket qd̄ est in cōualle filij emon: ut  
 nemo cōsecraret filium suū aut filiam per  
 ignem moloch. Abstulit q̄ equos q̄s  
 terebant reges iuxta soli in introitu tem-  
 pli domini iuxta evedran nathamelech  
 eunuebi: qui erat in p̄laurim: aut  
 autē solis combussit igni. Altaria q̄  
 que erāt sup tecta cena cili abas. que  
 fecerant reges iuda et altaria que fecerat  
 manasses in duobus anis templi d̄ni  
 destruxit rex: et auerit inde et dispersit  
 cinerem eoz in torrente cedron. Excelsa

quoq; que erant in iherusalem ad dexterā  
 partem montis offensionis q̄ edificauit  
 rex salomon rex israel astaroth yolo  
 sydomioz et ebamos offensionis moab  
 et melchē abominacionū filioz amon  
 polluit rex: et commisit itacū et succi-  
 dit lucos: repluitq; loca eozū offibus  
 mortuozū. Insup et altare qd̄ erat in  
 bethel et excelsū qd̄ fecerat iheroboam fi-  
 lius nabath qui peccare fecit israel. et  
 altare illud excelsū destruxit atq; com-  
 buisit et cōmmissit in puluere: succi-  
 ditq; eadē lucam. Et conuulsus iohas  
 vidit ibi sepulcra que erant in monte  
 misitq; et tulit ossa de sepulcra. et cō-  
 buisit ea super altare: et polluit illud  
 iuxta verbū d̄ni quod loquitur est vir dei  
 qui p̄dixerat verba hec. Et ait. Quis  
 est titulus ille quē videt? Respondit  
 qd̄ ei aues vrbis illi. Sepulcra est ho-  
 minis dei qui venit de iuda: et p̄dixit  
 verba hec que fecisti super altare bethel.  
 Et ait. Dimitte eū. Nemo cōmoueat  
 ossa eius. Et intacta mansit ossa illi.  
 cum ossibus p̄phete q̄ venat de samaria  
 Insup et omnia fama excelsoz que erāt  
 in ciuitatibus samarie que fecerant reges  
 israel ad iritandū d̄m abstulit iosi-  
 as: et fecit eis scdm̄ omnia que fecerat  
 in bethel. Et occidit vniūfos sacerdotes  
 excelsoz q̄ erant ibi super altaria: et cō-  
 buisit ossa humana sup ea. Reuersusq;  
 est iherusalem: et p̄cepit omni p̄plo dicens  
 facite phase domno deo vstro: secūdiū  
 q̄ scriptū est in libro scriptis huius. Nec  
 em̄ factū est phase tale a diebus iudicium  
 qui iudicauerit isrl̄ et oim̄ dierū regū  
 israel et regū iuda: sicut in octa ueritatē  
 mo ano regis iose factū ē phase istud  
 d̄ni in iherusalem. Sed et phitones et ari-  
 olos et figuras ycoloz et immūdiās

et abomina cōnes que fuerunt in terra iuda et iherusalem abstulit iofias: ut statueret verba legis que scripta sūt in libro quē inuenit helchias sacerdos in templo domini. Similis illi nō fuit ante eum rex. qui reuenteretur ad dominū in omni corde suo et in tota anima sua et vniuersa virtute sua iuxta omnē legem moysi: neque post eū surrexit similis illi. Verum tamē nō est auersus dñs ab ira furoris sui magni: quo iratus est furor ei⁹ contra iudam ppter irrita cōnes quibus pro uocauerat eū manasse. Dixit itaq; dominus. Etiam iuda auferā a facie mea sicut ab stulti israhel: et piciam ciuitatē hanc quā elegi israhel et domū de qua dixi. erit nomē meū ibi. Reliqua autē sermonum iofie et vniuersa que fecit: nōne hec scripta sūt in libro uerborum dierū regū iuda. In diebus eius ascendit pharaon nechao rex egipti cōtra regem assiriorum ad flumē eufraten. Et abiit iofias rex in occursum eius: et occisus est in magedo cum uisisset eum. Et portauerunt eū serui sui mortuū de magedo. et portulerūt in iherusalem: et sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitq; populus terre ioachas filiū iofie et vixerunt eum: et constituerūt eum regem pro patre suo. Vigintrium annorum erat ioachas cū regnare cepisset: et tribus mensibus regnauit in iherusalē. Nomen matris eius amichal: filia ieremie de lobna. Et fecit malū coram domino iuxta omnia que fecerant patres eius. Vixitq; cum pharaone nechao in rebecca. que est in terra emath: ne regnaret in iherusalē. Et imposuit multam terre centum talentis argenti: et talento auri. Regemq; cōstituit pharaon nechao heliachim filiū iofie pro iofia patre ei⁹

veritq; nōmen eius ioakim: poro ioachas tulit et duxit in egiptū. Argentū autē et aurū redit ioakim pharaoni cū indixisset terre per singulos: ut conferretur iuxta pceptū pharaonis. Et vniuersa quę iuxta vires suas cregit tam argenti q̄ aurū de populo terre: ut daret pharaoni in nechao. Vigintrinq; annorum erit ioakim cū regnare cepisset: et vixit annis regnauit in iherusalem. Nomen matris ei⁹ zebida: filia phadaia de ruma. Et fecit malū corā domino: iuxta omnia que fecerant patres eius. **xxiij.**

**T**ri diebus ei⁹ ascendit nabuchodonosor rex babilonis: et fact⁹ est ei ioakim seruus tribus annis: et rursum rebellauit contra eum. Immisitq; ei dñs latrunculos caldeos et latrunculos sirię et latrunculos moab. et latrunculos filiorū amon et immisit eos in iudā ut disperderēt eā iuxta uerbū dñi quō locutus fuerat per seruos suos prophetas. Fact⁹ est autē hec per uerbū dñi cōtra iudam ut auferet eum corā se: ppter peccata manasse vniuersa que fecit. et ppter sanguinē innoxuū quē effudit: et impleuit iherusalē cruore innocentū: et ob hanc rem noluit dñs propiciari. Reliqua autē sermonū ioakim et vniuersa quę fecit. nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum iuda. Et dormiuit ioakim cū patribus suis. et regnauit ioachim filius eius pro eo. Et ultra nō addidit rex egipti ut egresset de terra sua. Tulitq; enim rex babilonis a riuo egipti usq; ad flumē eufraten omnia quę fuerat regis egipti. Decē et octo annorū erat ioachim cū regnare cepisset: et tribus mensibus regnauit in iherusalem. Nomen matris eius noescha filia helnathan de iherusalem. Et fecit malum coram domino:

iuxta omnia que fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt serui nabuchodonosor regis babilonis in iherusalem: et arce data est urbs muni cōibz. Venitq; nabuchodonosor rex babilonis ad ciuitatem cū seruis suis: ut oppugnarēt eā. Egressusq; ē ioachim rex iuda ad regē babilonis ipse ⁊ mater eius ⁊ serui ei⁹, et pñāpes ei⁹ et eunuchi ei⁹: ⁊ suscepit eum rex babilonis anno octauo regni sui. Et protulit in eum omnes thesauros domus dñi et thesauros dom⁹ regie: et cōdidit vniuersa vasa aurea q̄ fecerat salomon rex israel in templo dñi iuxta verbum dñi: ⁊ transtulit omnē iherusalem et vniuersos pñāpes et omnes fortes exercitatus decē milia in captiuitate et omnē artificem ⁊ meliusorē: nichilq; reliquum est exceptis pauperibus ppli terre. Transtulit q; ioachim in babilonē: ⁊ matrē regis ⁊ uxores regis ⁊ eunuchs regis et iudices terre duxit in captiuitatem de iherusalem in babilonē: et omnes viros robustos septē milia: et artifices et indusores mille. omnes viros fortes et bellatores: duxitq; eos rex babilonis captiuos in babilonē. Et constituit matthiam patruū ei⁹ pro eo: imposuitq; nomen ei⁹ sezechias. Vicesimū et pñmū annū etatis habebat sezechias cū regnare cepisset: et vntecim ānis regnauit in iherusalem. Nomen matris ei⁹ erat amithal filia ieremie de lobna. Et fecit malū coram domino: iuxta omnia que fecerat ioachim. Irascebat enī dñs cōtra iherusalem et cōtra iuda: donec piceret eos a facie sua. recessitq; sezechias a rege babilonis. **H**adum est aut anno nono. xv. regni ei⁹ mense decimo decima die mensis venit nabuchodonosor rex babilonis ipse et omnis exercitus eius in

iherusalem et arce dedit eam: et extraxerūt i arcibus ei⁹ muni cōnes. Et clausa est ciuitas atq; vallata: usq; ad vntecimū annum regis sezechie nona die mensis. Preualuitq; fames in ciuitate: nec erat panis populo terre. Et interuixit et ciuitas: et omnes viri bellatores nocte fugerūt: p viam porte q̄ est in triplicem murū ad ortū regis. Porro chabaci obsecabant in arcibus ciuitatem fugit itaq; sezechias: p viā q̄ ducit ad campetria solitudinis. Et presertus est exercitus chalteoy regem: cōprehenditq; eū in planicie chericho: et omnes bellatores qui erāt cū eo dispersi sūt et reliquerūt eū. Apprehensū ergo regē duxerūt ad regem babilonis in rebata qui locutus est cum eo indiaū. Filios autē sezechie occidit coram eo: et oculos eius effodit: vixitq; cū carceris ⁊ ad duxit in babilonem. Mense q̄nto septima die mensis ipse est ann⁹ nonus decimus regis babilois venit nabuzardan princeps exercitus seruus regis babilonis in iherusalem et succendit domū domini et domū regis et tomos iherusalem: omneq; domū cōbussit igni: et muros iherusalem in arcibus destruxit omnis exercitus chalteoy qui erat cū pñape militū. Reliquā autē ppli partē que remanserāt in ciuitate et pfugas qui trāsfugerant ad regem babilonis: ⁊ reliquū vulg⁹, trāstulit nabuzardan princeps militie: et de pauperibus terre reliquit vintores et agricolas. columnas autē eras que erant in templo domini et bases et mare creū qd̄ erat in templo dñi cōfregit: chaltei: et transtulerūt es omne in babilonē. Ollas q; eras ⁊ trullas. ⁊ tridates. et sciphos. ⁊ mortariola. et oia vasa eras. in quibz ministrabāt iherusalem

neens et thuribula . et fialas . Que au-  
rea aurea . et q̄ argentea argentea . tulit  
p̄nceps militiae: id est columnas duas  
mare vnū et bases quas fecerat rex sa-  
lomon in templo domini . Nō erat pon-  
dus eius . omnium vasorū . Decem et  
octo cubitos altitudinis habebat colū-  
na vna et capitellum creū super se alti-  
tudinis trium cubitorum : et recaaulū  
et malagranata supra capitellum colū-  
ne : omnia era . Similem et colūna  
secunda habebat ornatum . Tulit q̄  
p̄nceps militiae saraiam sacerdotē pri-  
mum . et sophoniam sacerdotem secun-  
dum . et tres saniores et de ciuitate eu-  
nebum . vnū qui erat p̄fectus super  
bellatores viros : et quinq; viros de  
h̄ijs qui steterant coram rege quos re-  
perit in ciuitate : et sop̄h̄r p̄ncipem ex-  
ercitus qui p̄obabat tyrones de popu-  
lo teare : et sex viros euulgo . qui in-  
uenti fuerant in ciuitate . Quos tollēs  
nabuzardan p̄nceps militum . duxit  
ad regem babilonis in rebatha : pas-  
sitq; eos rex babilonis et interfecit eos  
in rebatha in terra emath . Et trāslat<sup>r</sup>  
est iuda de terra sua . Populo autē qui  
relictus erat in terra iuda quē dimiserat  
nabueodonosor rex babilonis p̄fere-  
at goodiam filium aicban filij saphan  
Quod cum audissent om̄es duces mi-  
litum ipsi et viri qui erant cum eis vi-  
diceret q̄ cōstituisset rex babilonis go-  
d̄iam : venerunt ad goodiam in ma-  
spha ismakel filius nathamie et iohan-  
nan filius caree et saraiā filius thana-  
meth nephtares . et ieromias fili<sup>9</sup> ma-  
achati : ipsi et socij eorum . Iuravitq;  
goodias ip̄s et socijs eorum dicens  
Nolite timere seruire chaldeis . Manete  
in terra : et seruite regi babilonis : et be-

ne erit vobis . factum est autē in men-  
se septimo venit ismakel filius nathamie  
filij clisama de semmie regio et decem vi-  
ri cum eo : perasseruntq; goodiam . qui  
et mortuus est : sed et iudeos et chalde-  
os qui erant cum eo in maspha . Con-  
surgensq; omnis populus a paru o usq;  
ad magnum et p̄ncip̄s militum vene-  
runt in egiptum : timentes chaldeos .  
factum est vero in anno tricesimo septi-  
mo trāsmigracionis ioachin regis iude  
mense duodecimo vicecima et septima  
die mensis . subleuauit cuilmeropach  
rex babilonis anno quo regnare cepe-  
rat caput ioachin regis iuda de carcere  
et locutus est ei benigne . Et posuit tro-  
num eius super tronum regū qui erāt  
cum eo in babilone . et mutauit vestes  
eius quas habuerat in carcere . et come-  
debat panem semper in conspectu eius  
quandis diebus vite sue : anno namq;  
constituit ei sine intermissione que et  
dabatur ei a rege p̄ singulos dies om̄i-  
bus diebus vite sue **Explert liber re-  
gū m . Inapit prologus in libe para-**



**lipom .**

**I** septuaginta inter-  
pretum pura . et ut  
ab eis in greca versa  
est etoiao permanere  
superflue mi chroma:  
ti episcopoꝝ sandis-

simē atq; vtilissime impelleres : ut he-  
brea volumina latino sermone trans-  
ferrem . Quod dñi sencl aures hominū  
occupauerat . et nascens ecclesie roborau-  
erat sicut : iustū erit eadē nostro si-  
lencio comprobari . Nun e vero cū pro  
varietate regionum diuersa serantur  
exemplaria et germana illa anti quaq;  
translatio corrupta sit atq; violata:

nostri arbitrij putas . aut e pluribus  
indicare quid verū sit aut nouū opus  
in veteri opere condere: illudēbusq; iu-  
teis . coramum ut dicitur oculos confi-  
gere . Alexandria et egiptus in septua-  
ginta suis esebium laudat auctorem:  
cōstantinopolis usq; antiochia luciani  
martiris exp̄laria . pbat . Medie inter  
has pitinae palatinos codices legit:  
quos ab ozigene elaboratos cusebuis  
et pamphilus vulgauerit . Totusq; oz-  
bis hac inter se trifaria varietate cōpu-  
gnat . Et certe ozigenes nō solū ec̄pla  
cōposuit quōz: edicōnū e regione sin-  
gula verba describens . ut vnus dissen-  
dens itatim ceteris inter se consentien-  
tibus arguatur : sed qd̄ maioris aucto-  
ritas est in edicōne septuaginta theo-  
dōmōis edicōnem miscuit: alterisq; tes-  
tignans que minus fuerint . et virgulis  
que ex sup̄fluo videntur apposita . Di-  
gitur alijs licuit nō tenere quod semel  
susceperat . et post septuaginta cellulas  
que vulgo sine auctore iactant sin-  
gulas cellulas apruē . Hocq; i ec̄l̄ijs le-  
git qd̄ septuaginta nescierit: aut me nō  
suscipiat latinū mei qui inuio lata edi-  
cōne veteri ita noua condidi . ut laborē  
meū hebreis et qd̄ hīs manus ē applis  
auctozibus comprobent . Dicitur nup̄  
libzū de optimo genere interpretandi  
ostendens illa de euangelio . et egipto  
vocatū filiū meū . et quoniā nazareus  
vocabitur . et vtabūt in quē compun-  
gerūt . et illud ap̄toli qd̄ oculus non  
vidit nec auris audiuit et in cor hoīs  
nō ascenderūt que preparauit deus dili-  
gentibus se . ceteraq; hīs similia in hebre-  
ozum libris inuenti . Certe ap̄toli et  
euangeliste . septuaginta interpretes no-  
uerat: et vnde eis hec dicere q̄m septua-

ginta nō habentur . Xps̄ dominus nos-  
ter vtriusq; testamenti cōdico: in euā-  
gelio sc̄dm̄ iohannē q̄ credit inquit in  
me sicut dicit scriptura : flumina de ven-  
tre eius fluent aque viue . Et sic scrip̄tū  
est: qd̄ saluator scrip̄tū esse testat . Et  
ibi scriptum est . Septuaginta nō habent  
apocrypha nescit ecclia . Ad hebreos igi-  
reuerendū est: vnde et dñs loquitur .  
et discipuli erempla p̄sumūt . Hec pa-  
te veterum loquor: et obtrahentibus  
meis tantū respondeo . qui camino tēte  
me roduūt: in publico extrahentes et le-  
gentes in angulis id est accusatores et  
defensores : cum in alijs probent qd̄ in  
me reprobat: quasi virtus et viā nō  
in rebus sit . sed cum auctore mutetur  
Ceterū meminī edicōnem septuaginta  
etanslatōzū olun de greco emendatam  
tribuissē me nris: nec inimiā abre-  
stimari eoz quos in cōuentu fratrum  
semper edissero . Et qd̄ nūc hebreiam in  
id est verba dierū interpretatus sū id ec̄o  
feci: ut intricabiles moras et siluam  
nominū que scriptozū cōfusa sūt viā  
sensūq; barbaricē ap̄cius et peruersū  
cola digerere michi inuēti . et meis . iuxta  
ismeniū canes si aures surde sūt ceteroz  
 ad conuiniū qd̄ parauit. Statimq; rex  
 uocare inquit cito aman ut hester obedi-  
 ar uolūtāt. Generūt itaq; rex et aman  
 ad conuiniū qd̄ eis regina parauerat.  
 Dixitq; ei rex postq; uinū biberat habū-  
 danter. Quid p̄cis ut retur tibi et p̄ q̄  
 re postulas. Et hāc si dimidiā partē regni  
 mei p̄teris impetrabis. Cū respondit  
 hester. P̄cis mea et p̄ces sūt iste. Si  
 inueni in conspectu regis grāam: et si re-  
 gi placet ut ut michi quod postulo et  
 meā impleat p̄tionē: ueniat rex et aman  
 ad conuiniū qd̄ parauit eis: et cras ap̄tā  
 regi uoluntatē meā. Egressus est itaq;  
 illo die aman letus et alacer. Cūq; uis-  
 disset marocheū scēntē ante fores pala-  
 tij. et nō solū non affurzerisse sibi sed  
 nec motū quōdē de loco sessionis sue. in-  
 dignat⁹ est ualere: et dissimulata ira rei-  
 sus in domū suā conuocauit ad se ami-  
 cos suos et zares uxorem suā: et exposuit  
 illis magnitudinem diuiciarū suarū filio-  
 rumq; turbarū: et quāta eū gloria sup̄ oēs  
 p̄mā p̄s et seruos suos rex elcūasset. Et  
 post hec ait. Regina qd̄ hester nullū aliū  
 uocauit ad conuiniū cū rege p̄teret me:  
 apud quā etiam cras cū rege p̄anfur-  
 sum. Et cū hec omnia habeam nichil me  
 habere puto q̄ dū uixit marocheum  
 iureū scēntē ante fores regie. Rūditq;

ei zares vxor eius . et ceteri amici . Iube parari excelsam trabē habētem altitudinis quin quaginta cubitos : et die mane regi ut appendat sup eā mardocheus : et sic ibis cū rege ler<sup>o</sup> ad cōtinū . Placuit ei cōsiliū : et iussit excelsā pparari crucē .

**N**octē illā durit rex i somnē : **vi.** Nūstiqz sibi afferri historias et anales priorū temporū . Que cum illo presente legrentur : vntum est ad illum locum vbi scriptum erat quomodo nunc dasset mardocheus infidias bagathan et thares eunuchorum . regem assuicrum iugulare cupientium . Quod cū audisset rex ait : Quid pro hac fide honoris ac p<sup>ri</sup>miij mardocheus cōsecutus ēē Dixerūtqz ei serui illius ac ministri . Nichil omnino mercedis accepit . Statimqz rex . qis est inquit i atrio . Aman quippe interi<sup>o</sup> atrium domus regie intrauerat : ut fugeret regi et iuberet mardocheum affigi pambulo quod ei fuerat preparatum . Responderūtqz pueri . Aman stat i atrio Dixitqz rex . Ingressatur . Cumqz esset ingressus ait illi . Quid debet fieri viro quem rex honorare cōstitit . Cogitans autē in corde suo aman et reputans qd nullum alium rex nisi se vellet honorare . respondit homo quem rex hēn ozare cupit debet indui vltimis regijs et imponi sup equū qd de sella regis est . et acapze regimin diatima sup caput suum . q primus de regijs primapibus ac tirannis teneat equum eius : et p plateam ciuitatis incensens clamet et dicat . Sic honorabitur quendamqz rex voluerit honorare . Dixitqz ei rex . festina q sumpta stola et equo fac ut locutus es mardocheo iureo qui scet ante fores palacij . Cave ne quicquā de hys que locutus es pretermittas . Tulit itaqz aman stola et equum :

inductūqz mardocheū in platea ciuitatis et impositū equo pcecebat atqz clamabat . Hoc honore odigni<sup>o</sup> ē quendamqz rex voluerit honorare . Reuersusqz est mardocheus ad ianuā palacij : et aman festinauit ire in domū suā lugens . et cooperato capite : narrauitqz zares vxori sue q amicus oīa que euissent sibi . Qui respōdit rūt sapientes quos habebat in cōsilio q vxor eius . Hi de semine iureoz est mardocheus ante quē ceteri cepisti . nō ei poteris resistere : sed ceteri in aspectu eius . Adhuc illis loquētibz venerūt eunuchi regis : et cito eum ad cōuiuū qd regina parauerat pgrare cōpulerūt . **vii.**

**M**eravit itaqz rex et aman ut biberēt cū regina . Dixitqz ei rex etiā scda die postq vīno inualuerat . Que ē p<sup>ri</sup>ncō tua hester ut detur tibi : et quid vis fieri . Etiam si dimidiā partē regni mei p<sup>ri</sup>ncis imperabis . Ad quē illa respōdit . Si inueni gratiam in oculis tuis o rex et si tibi placeat dona michi animā meā p qua rogo . et populum meum pro quo obsecro . Trahit enim sumus ego et p<sup>ri</sup>ncis meus ut cōteramur iugulemur et preamur . Atqz vīnā i suos q famulas venteremur q esset tolerabile malū q gemens tacerem : nunc aut hostis noster est cuius crudelitas redundat in regē . Respondensqz rex afflictus ait . Quis est iste et cuius potentie . ut hec audeat facere . Dixitqz hester Dolus et inimicus noster pessimus iste est aman . Quod ille audiens ilico obstupuit : vultū regis et regine ferre nō sustinens . Rex autem surzevit tratus : et de loco conuiuij intravit in ortum arboribz cōfinitū . Aman qz surzevit ut rogaret hester reginā p animā suā : intellexit enī a rege paratū sibi malū . Qui cum reuersus esset de orto nemoibz cōfiso

et intrasset conuuij locū: reperit aman  
 sup lectū corruisse in quo iacebat hester  
 et ait. Etia reginā vult opprimere me p-  
 sente in domo mea. Necdū verbū de ore  
 regis exierat: statim operuerūt faciem  
 eius. Dixitq; arbora viuis de eumuchis  
 qui stabat i ministerio regis. En lignū  
 qd parauerat marocheo qui locutus ē  
 pro rege. stat i domo aman. habēs alti-  
 tudinis quinq; gētra cubites. Cui dixit  
 rex. Appetite eū in co. Suspensus ē  
 itaq; aman i patibulo quod parauerat  
 marocheo: et regis ira requieuit. **viii.**

**D**e autē illo tradit rex assuer hester  
 regine tomū amā aduersarij uite-  
 orū: et marocheus ingressus est ante fa-  
 ciem regis. Confessa est em ci hester. qd  
 esset paterius suus. Tulitq; rex anulū  
 quē ab aman reapi iusserat. et tradidit  
 marocheo. Hester autē ostendit mardo-  
 cheum sup tomū suā. Nec hys cōtenta  
 proadit ad pates regis: flexitq; et locuta  
 ad eū orauitq; ut maliciā aman agagite  
 et marbinacōnes ei pessimas quas exco-  
 gitauerat extra iuxtos. iuberet irritas fi-  
 eri. At ille ex more scriptū aureū protē-  
 dit manu quo signū elementie mōstra-  
 bat. Illaq; cōsurgens stetit ante eū. et  
 ait. Si placet regi et si inuicē gratiā in  
 oculis eius et exprecatio mea nō ei vide-  
 tur esse cōtraria: obsecro ut nouis epi-  
 stolis vextres amā litere inuidiatoris  
 et hostis iutorū. quibus eos in cūctis  
 regis prouincijs prire preceperat corri-  
 gant. Quomō em potero sustinere ne-  
 cem et interfectionē ppli mei? Respōdit  
 q; rex assuer hester regine et marocheo  
 iuxto. Domū aman cōcessi hester et spm  
 iusti affigi qua: qā ausus ē manū mit-  
 tere in iuxtos. Scribite ergo iuxtis hanc  
 vobis placet ex regis nomie: signātes

litteras an nlo meo. Hec em cōsuetudo  
 erat ut epistolis que ex regis noie mit-  
 rebāt et illius anulo signate crāt nemo  
 aucteret cōtradice. Accētisq; scribis et  
 librarijs regis. erat autē tempus tercij  
 mensis qui appellat siban: vicesima et  
 tercia illius die scripte sunt epistole ut  
 marocheo voluerat ad iuxtos et ad pnci-  
 pes. procuratoresq; et iudices qui centū  
 uiginti septem prouincijs ab india usq;  
 ethiopiā prehebant: prouinte atq;  
 prouināe. populo et populo. iuxta līn-  
 guas et litteras suas: et iuxtas put le-  
 gere poterant et audire. Ipeq; epistole  
 que ex regis noie mittebāt. anulo illi  
 ob signate sūt et misse p xredarios: q  
 per omnes prouincias discurrerent. vext-  
 ras litteras nouis nūcjs preuenirent.  
 Quibus imprauit rex. ut cōueniret iux-  
 tos per singulas ciuitates. et in vnū pre-  
 ciprent cōgregari. ut starent p animas  
 bus suis: et omēs inimicos suos cū cō-  
 iugib; ac liberis suis et vniuersis tomib;  
 interficerent atq; delerent. Et cōstituta  
 est pr omnes prouincias vna vltiois  
 dies. id est tercia vna die mensis duode-  
 cimi adar. Hūmaq; cple hec fuit ut in  
 omnibus terris ac pplis q regis assueri  
 sub iacebant imprio: notū fieret para-  
 tos esse iuxtos ad capiendā vindiāā de  
 hostibus suis. Egressiq; sunt xredarij  
 celeres nūāos preferentes: et cōditū re-  
 gis ppendit in suis. Marocheus autē  
 de palatio et de cōspedu regis egrediens  
 fulgebat vextrib; regis iacantibus vixli-  
 cet et a erimis coronā aureā portans i ca-  
 pite. et amia? serico palio atq; purpu-  
 reo. Omisq; ciuitas epulauit atq; sceta  
 est. Iuxtis aut noua lux oriri visa ē  
 gaudij. honoz. et tripudij. Apud om-  
 nes pplos vextes atq; prouincias quocūq;

regis precepta veniebat. mira exaltatio  
epule atq; conuiuia et festus dies: in-  
tatum ut alterius plures gentis et sedē e-  
orum religioni et cerimonijs iungere  
Grādis enim auidos iudaica nominis  
terroz inuaserat.

II.

Sicut duodecimi mensis quem adar vo-  
cari ante iam diximus. traxit die  
quando auidis iudeis interfecitio para-  
batur et hostes eoz insidiabant sangui-  
ni. versa vice iudei superiores esse ceperūt  
et se de aduersarijs vindicare. Congre-  
gatiq; sunt p singulas ciuitates. et op-  
pida et loca. ut extenderent manum con-  
tra inimicos et persecutores suos. Nullus  
q; ausus est resistere eo quod omnes po-  
pulos magnitudinis eozū formido pe-  
neraret. Nam et prouinciarum iudices  
duces et procuratores. omnisq; digni-  
tas que singulis loas et opus pre-  
erāt. extollbant iudeos timore marce-  
chei: que pzinapem esse palacij et pluri-  
mum posse cognouerant. fama quoq;  
nominis eius crecebat quonidie: et per  
auidozum ora volitabat. Itaq; percul-  
serūt iudei inimicos suos plaga magna  
et occiderunt eos. reddentes eis quod si-  
bi parauerāt facere: in tantum ut etiam  
in susis quingentos viros interficerent  
extra decem filios aman agagite hostis  
iudeozum. Quozum ista sunt nomina:  
pharlan dathan et delphon et esphata et  
phozata et adalia et aridatha et epher me-  
stha arisa et aridai et vaifarba. Quos  
cum occidissent predas de substantijs e-  
orum tangere noluerūt. Deatimq; nu-  
merus eoz qui occisi erant in susis ad re-  
gem relatus est. Qui dixit regine. In  
rebe susis interfecerunt iudei quingentos  
viros. et alios decem filios aman: quan-  
tam putas eos exerece cetim i vniūsis

prouincijs. Quid ultra postulas: et qd  
vis ut fieri iubeam. Cui illa respondit.  
Si regi placet de potestas iudeis. ut fi-  
at fecerunt hodie in susis sic et cras fa-  
dant: et decem filij aman i patibulis susce-  
dantur. Precepit rer ut ita fieret. Sta-  
timq; i susis ppendit euidum: et decem  
filij aman suspensi sunt. Cōgregatis iu-  
deis quartadecima die mensis adar intr-  
fecit sunt in susis trecenti viri: nec eozū  
ab illis direpta substantia est: sed et pr-  
ouines prouindas. q ditioni regis sub-  
iacebant pro animabus suis steterunt  
iudei. interfecit hostibus ac persecutori-  
bus suis: in tantū ut septuaginta quinq;  
milia ocalozum implerentur. et nullus  
de sustanijs eozum qui cōtingeret  
dies autem traxit decimus mēsis adar  
vnius apud omnes interfecitiois fuit:  
et quartadecima die cetere ceterūt. Que  
cōstituerunt esse solennem: ut in eo om-  
ni tēpore viniceps vacarent epulis gau-  
dio atq; coniuuijs. At hī qui in rebe  
suis cetem exerauerant traxerunt q q-  
traxerunt die eiusdem mensis in cetere  
sati sunt: decimoquinto autem die prau-  
tere ceterunt. Et idcirco eundem diem  
cōstituerunt solennem epularum at-  
q; leticie. Hī xro iudei qui in oppidis  
nō muratis ac villis morabant. quar-  
tumdecimum diem mensis adar coniuui-  
ozum et gaudij ceterunt: ita ut exul-  
tent in eo et mittant sibi mutuo partes  
epularum in abozū. Descripsit itaq; mar-  
dockus omnia hec. et litteris comprehen-  
dit nūst ad iudeos qui in omnibus regis  
prouincijs morabantur: tam in vidno  
pohis q; procal: ut quartadecimam  
et quintadecimam diem mensis adar  
pro festis susciprent. et reuertente sem-  
per anno solenni honore celebrare:



ter

quia in ipis dieb; se vlti sūt iuxta de mi-  
 nias suis : et ludus atq; tristitia i hila-  
 ritate gaudijq; cōuersi sūt : essentq; di-  
 es isti epistolariū atq; leticiē . 7 mitterent  
 sibi inuicem a borū partes : et pauprib;  
 munuscula largirentur . Susceperūtq;  
 iuxta in solenne ritum cuncta que eo te-  
 porē fieri ceperāt : et q; marcobus litte-  
 ris facienda mādauerat . Aman cū fili;  
 amadati stūpis agag hostis et ad usari-  
 us iuxtorū cogitauit cōtra eos malū : ut  
 occideret illos atq; deleret : 7 misit pbur  
 quod nostra lingua vritur in sortem:  
 et postea ingressa est hester ad regē ob-  
 scerans ut conatus eius literis regis ir-  
 ritū fierent : et malū quod cōtra iuxtos  
 cogitauerat reuocaretur in caput eius .  
 Deniq; et ipm et filios eius affixerunt  
 cruce atq; ex illo tempore dies isti appella-  
 ti sūt pburim id est sortiu: eo qd pbur  
 id est sortis i vnā missa fuerit . Et cūda  
 que gesta sūt epistole id est libri huius  
 volumine conantur : queq; sustinue-  
 rint et que tūceps i mutata sint . susce-  
 perunt iuxta sup se 7 semen suū . et super  
 cūctos qui religioni eorū voluerint cō-  
 plari: ut nulli liceat duos hęc dies abl-  
 q; solemnitate trāfigere quos scriptura  
 testatur : et cetera expetūt tempora annis  
 sibi iugiter succedentib; . Isti sunt dies  
 quos nulla vnq; teleuit obliuio . et per  
 singulas generatōnes cūcte i toto or-  
 be puināe celebrabūt: nec est vlla ciui-  
 tas in qua dies pburim id est sortium  
 nō obseruentur a iuxtis . et ab eorū pge-  
 nie que hys cerimonijs obligata est .  
 Scripserūtq; hester regina filia abiahel  
 et marcobus iuxtus etiā scdam episto-  
 lam . ut omī studio dies ista solennis  
 sanxiretur in posterū . Et miserunt ad  
 omnes iuxtos qui in centūvīgintisepte

provincijs regis assuq; versabant . ut  
 haberent pacē 7 susciperent veritate . ob-  
 seruātes dies sortiu : et suo tempore cum  
 gaudio celebrarent . sicut constituerāt  
 marcobus 7 hester . Et illi obseruanda  
 susceperūt a se 7 a semine suo ieiunia . at-  
 q; clamores 7 sortiu dies : et omnia q;  
 libri huius qui vocatur hester historia  
 continentur .

**R**ex vero affiterus omnē terrā et ci-  
 tates maris insulas fecit tributari-  
 as: cuius fortitudo 7 imperiū 7 dignitas  
 atq; sublimitas q; exaltauit marcobū  
 scripta sunt in libris mecorū atq; persa-  
 rum : et quomō marcobus iudaicā ge-  
 neris secūdo a rege assuero fuerit et ma-  
 gn<sup>o</sup> apud iuxtos . et acceptabilis plebi  
 fratū suorū . querens bona ppo suo . et  
 loquens ea que ad pacem seminis sui p-  
 tinerent . Que habent in libris plena fi-  
 de expressi: hęc autē que secūm scripta re-  
 peri i editione vulgata que grecorū lin-  
 gua et litteris cōtinent : et mirim post  
 finē libri hoc capitulū ferebat qd iuxta  
 cōsuetudinē nostrā obelo id est vru p-  
 notauimus . Dixitq; marcobus . A vto  
 facta sūt ista . Hecordanus sum somnū  
 qd vixtam hęc eadē significantis : nec e-  
 orū quicquā iratum fuit . Paruus fon-  
 quū creuit i fluitū 7 i lucem solenq; cō-  
 uersus est . et i aquas plurimas redun-  
 dauit . hester est : quā rex accepit vxorē  
 et voluit esse reginā . Duo autē dracones  
 ego sum 7 aman . Gentes que conuene-  
 rāt . hū sūt qui conati sūt delere nomen  
 iuxtorū . Gens autē mea istū est que cla-  
 mauit ad dñm : et saluū fecit dñs popu-  
 lum suū . liberauitq; nos ab oib; malis  
 et fecit signa magna atq; portenta inter  
 gentes : 7 duas sortes esse pcepit . vnā  
 ppli tē 7 alterā cūctarū gentiū .

utraque foras i statutum ex illo iam tem-  
pore coram deo vniuersis gentibus: et  
reconditus est dominus populi sui. ac  
misertus hereditatis sue. Et obfuabunt  
dies isti in mense adar quartadecima et  
quintadecima die eiusdem mensis. cum  
omni studio et gaudio in vnum cetum  
populi congregati in auidas princeps  
generationes populi israel. *.xv.*

**A**nno quarto regnatis ptolomeo  
et cleopatra. artulerunt tositheus  
qui se sacerdotem et levitam generis ferebat  
et ptolomeus filius eius hac epistola phu-  
rim. qua dixerunt interpretati esse lisma-  
chum ptolomei filium in israel. Hoc quod prin-  
cipium erat in editione vulgata: quod nec  
in hebreo nec apud ullum fuit interpretum.  
Anno secundo regnante artaxerxe maximo  
prima die mensis nisan: vidit somnum  
marthochus filius iakeri filij semei. filij  
as te tribu beniamin. homo iustus qui  
habebat in urbe susis: vir magnus.  
et inter primos aule regie. Erat autem de  
eo numero captiuorum quos translulerat  
nabuchodonosor rex babilonis de ieru-  
salem cum ieconia rege iuda: et hoc eius  
somnia fuit. Apparuerunt voces et tu-  
multus. tonitrua et terremotus et con-  
turbatio super terram: et ecce duo dracones  
magnum parati: contra se in prelium: ad  
quorum clamorem cum de conitate sunt na-  
tiones. ut pugnarent contra gentem iusto-  
rum. fuitque dies illa tenebrarum et discer-  
iminis. tribulationis. et angustie. et in-  
gens foetor super terram. Conturbataque  
est gens iustorum timentium mala sua et pre-  
parata ad mortem. Clamaueruntque ad  
eum: et illis vociferantibus fons parius  
creuit in sinuum maximum. et in aquas  
plurimas redundauit. Lux et sol ortus  
est et humiles exaltati sunt. et deiora uerit

meliores. Quod cum uideret marthochus  
et surrexisset de stratu: cogitabat quid  
de facere uellet: et firmum habebat in animo et  
scire cupiens quod significaret somnum  
quod **M**orabatur autem eo tempore *.xv.*  
in aula regis. cum bagartha et thara  
eunuchis regis qui iamitiores erant pa-  
laci. Cumque intellexisset cogitationes  
eorum et aras diligentius prouideret didi-  
cit quod conarentur in regem artaxersem  
manus mittere: et nunciavit super eo regi.  
Qui de utroque habita questione. confel-  
sus iussit eum ad mortem. Rex autem quod  
gestum erat scripsit in commentariis.  
Sed et marthochus rei memoriam in litteris  
tradidit. Precepitque ei rex ut in aula pa-  
laci moraretur. datus ei pro dilatione mu-  
neribus. Aman vero filius amadathi buge-  
us erat gloriofissimus coram rege: et uoluit  
nocere marthochus et propter eo pro duobus  
eunuchis regis quod fuerat interfecit. Duc-  
tusque proeniunt. Que secum in eo loco  
posita erat ubi scriptum est in volumine  
quod diripuerunt bona uel substantias eorum.  
Que in sola vulgata editione reperitur.  
Epistole autem hoc exemplar fuit. *.xv.*

**R**ex maximus artaxerxes ab india  
rusque ethiopiis centum viginti se-  
ptem prouinciarum principibus et du-  
abus. qui eius imperio subiecti sunt sa-  
lutem dicit. Cum plurimis gentibus impra-  
rem. et vniuersum orbem mee ditioni  
subiugassem: uolui nequaquam abuti  
potentie magnitudine. sed clementia et  
leuitate gubernare subiectos: ut absque  
ullo reuere vitam silena non transigentem  
optata cunctis moralibus pace frueretur.  
Querente autem me a consiliariis  
meis quomodo posset hoc impleri: vnus  
qui sapientia et fide ceteros precebat.  
et erat post regem secutus aman nomine

indicavit michi i toto orbe terrarū pplm esse dispersū qui novis vteretur legib? et cōtra oim gentiū cōsuetudinē faciēs regū iusta contemneret: et vniūsq; concordiam natiōnū sua dissensione violaret. Quod cū didicissemus. videntes vnā gentem rebellem aduersus omne hoim genus pcuris uti legibus nostrisq; iustis iombus cōtraire. et turbare subiectay nobis p̄uouin daz pacē atq; concordia: iussimus ut quoscūq; aman qui omib; p̄uincijs p̄positi est et scds a rege. et quē patris loco colimus mōstrauerit. cū cōiugib; ac liberis releant ab inimicis suis nullusq; eorū misereatur. quartaxima die duodecim mensis ad ar ani presentis: ut nepharj hoies vno die ad infros rescentes. reddant imprio nro pacē quē turbauerat. Duasq; eze: plar epistole. Que secant post ai loci scripta reperi vbi legit. p̄gensq; mar: tocbeus feat omnia que ei mandauerat kelter: nec tamen habentur i hebraico et apud nullū p̄uincis ferūtur interpretati. Marrocbeus autē tēp̄a tus est dñm. me mo: oim oprū ei? et dixit. Dñe dñe rex omnipotens. in ditione em̄ tua cūda sunt posita: et non est qui possit tue resistere volūtati. si tēp̄a eis saluare isrl. Tu fecisti celū et terrā et quicquid celi ambitu cōtinetur dñs oim es. nec est q; resistat maiestati tue. Cūda nosti et scis qa nō pzo supbia et cōumelia et aliqua glorie cupiditate fecerim hoc. ut nō adorare aman supbissimū: lib̄ter cū p salute isrl etiā vestigia p̄dū ei? teo seculari parat? essem: sed timui ne bonoz dei mei trāstare rem ad hoimem. et ne quicquā adorare excepto teo meo. Et nūc die rex te? abrabam miserere ppli tui: qui volūt nos inimia nostri p̄tere et hereditatē tuam

celere. Ne respicias partem tuam quā redemisti te e gipto. Exaudi deprecationem meā et propicius esto sorti et fumi: culo tuo: et conuerte ludū nostrum in gaudiū. ut viuites laudem? nomē tuū domine: et ne claudas ora te canentū. **Omnis** quoq; isrl pari mēte et obsecratione clamauit ad dominum: eo qd eis certa mors impenderet. **viiiij.**  
**H** Ester quoq; regina cōfugit ad dominū panens periculū qd imminerebat. Cūq; deposuisset vestes regias. fletib; ludū apta indumenta suscepit: et pzo vniū gentis varijs ancre et sterco: e impleuit caput. et corpus suū humiliavit ieiunijs: omniaq; loca in quib; ante letari cōsue erat crinium laceracōne cōpleuit. Et deprecabatur dominū deū isrl dicens. domine mi qui rex noster es solus adiuua me solitariam: et aiuis p̄ter te nullus auxiliator est aliū. Periculū meū in manibus meis est. Audi a patre meo qd tu domine cūlisses israhel ceteris gentibus. et patres nostros ex omnibus retro maiorib; suis. ut possideres hereditatem sempiternam: fecistiq; eis sicut locutus es. Peccauim? in conspectu tuo: et id arco traxidisti nos in man? inimicoy nostrozū. Coluim? em̄ eos eozū. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit quod durissima nos opprimunt seruitute: sed robur manū suarum p̄olorum potencie deputantes volunt tua mutare p̄missa. et celere hereditatem tuā. et claudere ora laudāntē. atq; extinguere gloriā templi et altaris tui: ut ap̄riant ora genū et laudet p̄olorum fortitudinem et p̄dicet carnalem regem in sempiternum. Ne trahas domine sceptrū tuū hjs q nō sū: ne riteant ad ruinā nostrā sed conuerte

consilium eorum super eos. et cum qui  
 in nos cepit scire dispartere. Memento  
 domine et ostende te nobis in tempore  
 tribulationis nostre: et da michi fiducia  
 am. Dñe rex cœli et vniuersę dñe pote-  
 statis: tribue sermonem compositum in  
 ore meo in conspectu leonũ. et transfer  
 eor illius in odium hostis nostri: ut et  
 ipse precat et ceteri qui ei consensunt.  
 Nos autem libera in manu tua: et adiu-  
 ua me nullum alium auxilium habentē  
 nisi te domine. qui habes omnium scien-  
 tiam. et nosti quia oxerim gloriam im-  
 quozum: et detester abile marauma so-  
 rum et omnis alienigene. Tu scis neces-  
 sitatem meā quod abominer signū sup-  
 bie. et glorie mee qđ ē super caput meū  
 in diebus offensionis mee: et detester  
 illud quasi pannum menstruate. et nō  
 portem in diebus silenci mei: et quod nō  
 comederim in mensa aman. nec michi  
 placuerit conuiuiū regis. et nō biberim  
 vinū libaninū. et nūq̄ lerata sit anilla  
 tua ex q̄ huc trāslata sū usq̄ in presentē  
 diē: nisi i te dñe rex abrahā. *De* fortis  
 sup omēs exaudi vocē eor q̄ nullā aliā  
 spem habent. et libera nos te manu iniq̄-  
 rum: et erue me a timore meo. *Hec qđ*  
*addita reperi in editione vulgata. xv.*  
**E**t mandauit ei hant dñb iū quin  
 hester marochelus. ut ingrederet  
 ad regem: ut rogaret pro populo suo et  
 pro patria sua. Memorare inquit dñi  
 humilitatis tue. quomodo nutrita sis  
 in manu mea: quia aman secundus a re-  
 ge locutus est contra nos in morte: et  
 tu inuoca dominum et loquere regi pro  
 nobis. et libera nos te morte. *Nec non*  
*et ista que subdita sunt. Dic autem ter-*  
*cio deposuit vestimenta ornatus sui: et cir-*  
*cundata ē glia sua. Cūq̄ regio fulgeret*

habitu et inuocasset omnium rectorem  
 et saluatorem eum: assumpsit duas fa-  
 mulas. et super vnā quādam immitbat  
 quasi pre delicis. et inuicia teneritudine  
 corpus suum ferre non sustinens: alte-  
 ra autem famularum sequebatur domi-  
 nam defluentia in humū indumentata su-  
 stentans. Ipsa autē roseo colore vultū  
 perfusa. et gratis ac mitentibz oculis tri-  
 stem celabat animum. et nimio timore  
 contractum. In gressa igitur dñcta p-  
 ordinem ostia stetit contra regem. vbi  
 ille respicebat sup solum regni sui. indu-  
 tus vestibus regis auroq̄ fulgens et p-  
 ciosis lapidibus: eratq̄ terribilis aspe-  
 ctu. Cūq̄ eleuasset faciem et ardentibz  
 oculis furorem peccatis in dicasset: regi-  
 na corruit et in pallorem colore mutato  
 lapsum super anallulam reclinauit ca-  
 put. Cōuertatq̄ teus spiritum regis in  
 mansuetudinem: et festinus ac metuens  
 exiuit et solio et sustentas eam vn̄nis  
 suis donec rediret ad se. hijs verbz blan-  
 diebatur. Quid habes hester? Ego sū  
 frater tuus noli metucere. Non morie-  
 ris. Non enim pro te sed pro omnibus  
 hæc lex constituta est. Accede igitur et  
 tange sceptrum. Cūq̄ illa reticeret. tu-  
 lit auream virgā et posuit sup collū ei:  
 et osculatus est eam et ait. Cur michi  
 non loqueris? Que respondit. Sidi te  
 dñe quasi angelum dei: et conturbatū  
 est cor meū pre timore glorie tue. Salte-  
 enim mirabilis es dñe: et facies tua ple-  
 na est gratiarū. Cūq̄ loqueret iustus  
 corruit et pene examinata est. Rex autē  
 turbabatur et omnes ministri eius con-  
 solabantur eam. Exemplar epistole re-  
gis artaxerxis quā pro iuxis ad rotas  
regni sui pūndas misit: qđ et ipm in he-  
braico volumine non habetur. xvi.

**E**x magnis artarxes ab india usq; ethiopia ceterum in gine septem provinciarum duabus ac primariis. qui nostri iussu omni obediunt: salute dicit Multi bonitate primarum in honore qui in eos collatus est abusi sunt in superbia et non solum subditos regibus mittuntur opprimere. sed datam sibi gloriam non ferentes in ipsos qui ceciderunt molunt invidias. Nec otiosa sunt gratias non agere beneficiorum. et humanitatis in se iura violare: sed tunc quod audacia carceris arbitrantur se posse fugere sententiam. Et instanti velle prozupit ut eos qui credita sibi officia diligenter observant. et ita audacia agunt ut omnium laudem digni sint. mendaciorum amicitie concutunt subverte: dum aures primarum simplices ex sua natura alios estimantes calida fraude decipiunt. Que res ex veteribus probatur historiis. et ex hijs que geruntur quotidianis: quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia depraventur. Senes providendum est paucis omnium principum. Nec putare debemus si diuisa uerbamus ex animi nostri venire levitate: sed pro qualitate et necessitate temporum: ut rei publice possit utilitas ferre sententiam Et ut manifestus quod dicimus intelligentis. aman filius amadathi et animo et gente macedo alienusque a persarum sanguine. et pietatem nostram sua crudelitate commaculans. peregrinus a nobis susceptus est: et tantam in se expertus humanitatem ut pater noster vocaretur et a moretur ab omnibus post regnum sedus: qui instanti arrogante tumore sublatus est ut regno privare nos niteretur et spiritu Nam marochai cuius fide et beneficiorum vivimus et confortem regni nostri hactenus cum omni gente sua novis quibusdam atq;

in audis machinis exierunt in morte: hoc cogitans ut illis infestis invidiaretur nostre solitudinem. et regni persarum transferret in mactonas. Nos autem a pessimio mortalium iustos nec destinatos in nulla penitus culpa reperimus: sed e contrario iustis videntes legibus et filios altissimi et maximi sempiterni viventes cuius beneficio et partibus nostris. et nobis regnum est traditum et usque hodie custoditur. Unde eas litteras quas sub nomine nostro ille direperat fecit esse irritas. Pro quo scelere ante portas huius urbis id est suscitatus. et ipse qui machinatus est et omnis cognatio eius preter in partibus: non nobis sed deo reddere ei quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus in civitatibus provinciarum. ut liceat iureiurandi legibus suis: quibus debent esse admittendo ut eos qui se ad necem eorum paraverant possint interficere. terrarum a die mensis duodecimi quinceatur adar. Hunc enim diem deus omnipotens meroris et iudicis eis utit in gaudium. Unde et vos inter ceteros festos dies. Hanc habetote diem. et celebrate eam cum omni letitia: ut et in posterum cognoscatur omnes qui fideliter persis obediunt dignam pro fide recipere mercedem: qui autem invidiarum regno eorum parere pro scelere. Omnis autem provincia et civitas que noluerit solemnitate huius esse participes gladio et igne preat: et sic deleatur ut non solum hominibus sed etiam iuvencibus sit in sepelitur. pro exemplo contemptum et inobedientem. *Explicit liber hector*

*Incipit prologus in libro iob*

**O**gor per singulos scripturam diuine liberos ad usarios respondere male didicis. qui in terpracione mea reprehensione

Septuaginta interpretum criminantur: quasi nō et apud grecos aquila simmachus et theodoſion uel uerbum et uerbo uel ſenſū et ſenſu uel ex utroq; cōmixtū et medie temperatum . genus translationis expreſſerint: et omnia ueteris instrumenti uolumina origenes obſolis aſterificisq; diſtingrit: quos uel additos uel theodoſione ſumptis translationi antiq̄ inſeruit: p̄bens deſuiſſe quod additū eſt. Diſcāt igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus ſuſcepit aut interpretationem meā cum aſterificis ſuis ratere. Neq; enim fieri potest ut q̄s plura intromiſiſſe ſuſceperint . non eoſdem etiam in quibuſdam erraſſe fateant precipue in iob: cui ſi ea que ſub aſterificis addita ſunt ſubtraxeris pars maxima deturcabitur: et hoc dūtarat apud grecos. Ceterum apud latinos ante cā translationem quam ſub aſterificis ꝛ obſolis nup̄t eōdidimus . ſeptingenti ferme aut octingenti uerſus deſunt: ut deſertatus et laeratus corroſuſq; liber ſeditatem ſui publice legentib; p̄bebat. Hoc autem translatio nullum ex ueteribus ſequitur interpretē: ſed ex ipſo hebraico arabiceq; ſimone et iudroum ſiro . nūc uerba nunc ſenſus . nunc ſimul ueteriq; reſonabit. Obliquē cū etiā apud hebreos totus liber ſeruit ꝛ lubrius: ꝛ quod greci uerbores uocant ſematis metos . dumq; aliud loquit aliud ait. Et ſi uelis anguillā uel murenſiam ſtrictis tenere mambus . quāto fortius preſſeris tanto citius elabit. Memini me ob intelligentiā huius uoluminis liduum quendam p̄ceptorem . qui apud hebreos primus haberi putabatur . non paruis reſmiſſe nummis: cuiꝝ doctrina an aliquid proferam nſcio. Hoc vnum

ſcio nō potuiſſe me interpretari . niſi qd̄ ante intellexeram. A p̄ncipio itaq; uoluminis uſq; ad uerba iob . apud hebreos proſa oratio eſt. Porro a uerbis iob in quib; ait . p̄cario dicit in qua natus ſū et nox in qua didum eſt conceptus eſt homo . uſq; ad illū locū ubi ante finem uoluminis ſcriptum eſt . id circo ip̄e me rap̄t ebendo et ago penitentiam in ſauilla et cinere . exaometri uerſus ſunt . daſtilo ſp̄oꝝq; arrentes: et ꝛper lingue ꝛ dioma crebro recipiens et alios ꝛces . nō earuntem ſillabarum ſed eoꝝum temporum. Interdum quoq; richmus ip̄e dulcis et tumuloſus ſatur numeris lege reſolutis quod metri a magis quā ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto aut uerſu uſq; ad finē libri parui coma quod remanet proſa oratione et contenti. Quod ſi cui uideatur incedulū metro ſcriberet eſſe apud hebreos . ꝛ in mozem noſtri ſilacæ greaq; p̄ndari et alexei et ſapho uel ꝛſalterium uel lamentationes ſeremie . uel omnia ferme ſcripturarū cantica comprehendī: legat philonem iosephum origenem . eſarienſem euſebium et eozum teſtimonio me uerū dicere eōs probabit. Audiant quapropter canes mei idcirco me i hoc uolumine laboraſe . non ut interpretationem antiq̄a reꝛtenderem: ſed ut ea que i illa aut obſerua ſūt aut omiſſa . aut certe ſcriptoꝝ uideo deꝛauata . maniſeſti ora noſtra interpretatione fierēt . qꝛ hebreū ſermonē ex parte didimus . et in latino ꝛne ab ip̄is anabulis inter gramaticos et reꝛbores et philoſophos uerū ſumus. Quod ſi apud grecos poſt ſeptuaginta editionē . iam a niſi euāgelio ebouſcātē iudeus aquila et ſimmachus ac theodoſion iudaizantes heretia ſunt recepti .

qui multa misteria saluatoris subtoſa  
interpretatione celantur: et tamen in ex  
aplois habentur apud eccleſias. et ex  
planantur ab eccleſiaſticis viris: quato  
magis ego chriſtianus et de parentibus  
chriſtianiſ nat<sup>us</sup>. et vixilli crans in mea  
ſcite portans. an<sup>ſ</sup> ſtudiū fuit omiſſa re  
ptere. repzauata corrigere. et ſa cramēta  
eccleſie puro et ſicili aprire ſermone: ul  
a ſaſtidiōſis uel a malignis lectoribus  
nō debeo reprobari. Habeant qui volūt  
veteres libros uel i membranis purpu  
reis auro argenteoq; deſcriptos uel vicia  
alib<sup>us</sup> ut vulgo aiunt litteris onera ma  
gis exarata quam codices: dūmoto mi  
chi meiſq; pmittant paupes habere co  
dulas. et non tam puleros codices quā  
emendatos. Ptraq; autē editiō et ſeptu  
aginta iuxta grecos et mea iuxta hebze  
os. in latinū meo labore translata eſt.  
Eliq; vnusquisq; quod vult: et ſtudi  
oſum me magis quā malivolū probet  
Alius prologus. In libro Job.

**I** aut ſiſcella iūco texerent  
aut palmar folia compica  
rem aut in ſutore vultus  
mei comederē panem. et vni  
tris opus ſollicita mente ptractarē: nul  
lus moreretur nemo reprehenderet. Nūc  
autē qā iuxta ſententiā ſaluatoris volo  
oprari abū qui nō prit et anti quā diu  
noſū voluminū viam ſantibus virgula  
ſiſq; purgare: eroz michi grimmus in  
figitur. corredoz vidozū ſalſarius v  
coz. et erozes non auferre ſed ſerere.  
Tanta eſt em vtuſtatis oſuetudo ut e  
tiam cōſeſſa pleriq; viaa placeant: dū  
magis puleros volūt habere codices q̄  
emendatos. Quapropter o fratres dile  
ctiſſimi iūcū nobilitatis et humilitati  
exēplar et p ſtabelle calatis ſporzillisq;

munuſculis monachoz: ſpiritalia hec  
et manſura dona ſuſcipite: ac beatum  
iob qui ad huc apud ſanos ſacebat i  
ſtore et vmbis ſcatabat eroy. inte  
grū et immaculatūq; gauate. Quomō  
em poſt probadonem atq; victoriā du  
plia ſūt ei vniūſa reddidit. ita ego i  
linguam noſtrā ut audacter loquar. ſe  
a eum habere que amiſerat igie et vos  
et vniūquemq; lectorem ſolita pſaione  
cōmoneo et in pzinapijs libozū eadem  
ſemp annedens rogo: vt vbiūq; ſem  
per pcedentes virgulas videritis. ſcia  
tis ea que ſubiecta ſunt in hebzeais vo  
lumimbus nō haberi. Porro vbiſtelle  
pmago pfulſerit. et hebzeo i ſmone no  
ſtro addita ſunt. Nonon et illa que ha  
bezi videbantur. et ita corpta erant ut  
ſenſum legentibus tollerent. orantib  
vobis magno labore correxi: magis v  
tile quid ex odio meo eccleſijs chriſti v  
turū ratus. quam ex aliozū negotio.

Inſipit liber Job. 7

**I**r erat in terra huſ  
nomine iob. Et erat  
vir ille ſimplex et re  
ctus ac timens dū: et  
recevens a malo. Na  
tiq; ſūt ei ſeptem filij.  
et tres filie. Et fuit poſſeſſio eius ſeptē  
milia ouū. et tria milia camelozū. quin  
genta q̄q; iuga boum et quingēre aſine:  
ac familia multa nimis. Eratq; vir il  
le magnus inter omēs orientales. Et  
ſbant filij eius et ſciēbant cōuiuū p to  
mos. vnusquisq; in die ſuo. Et mitten  
tes vocabant tres ſozores ſuas. et co  
mexrent et biberent cum eis. Cumq; in  
ozbē tranſiſſet dies cōuiuū mittebat  
ad eos iob et ſanctificabat illos: con  
ſurgēq; diluailo offerebat olocanſta

per singulos. Dicebat enim. Ne forte pe-  
cauerint filij mei: et benedixerint teco in  
cordibus suis. Sic faciebat iob annatis  
diebus. Quadam aut die cum venissent  
filij tui ut afflisterent coram dño: affuit  
inter eos etiam sathan. Cui dixit dñs.  
Vnde venis? Cui respondens ait. Circui-  
ui terram et perambulavi eam. Dixitq;  
dominus ad eum. Numquid confixera-  
sti seruum meum iob quod non sit ei similis  
in terra: homo simplex et rectus et timens  
deum ac recedens a malo? Cui respondens  
sathan ait. Numquid frustra timeo iob te-  
runt? Nonne tu vallasti eum ac tomum eius?  
vniuersamq; substantiam eius? per circuitus  
Operibus manuum eius benedixisti: et pos-  
sessio eius creuit in terra. Sed extorset pau-  
lulum manum tuam et tange annata que  
possidet nisi in facie tua benedixerit tibi. Di-  
xit ergo dñs ad sathan. Ecce vniuersa  
que habet in manu tua sunt: tantum in eu-  
ne extendas manum tuam. Egredisq; est  
sathan a facie dñi. Cum aut quadam die  
filij eius et filie eius comederent et biberent vi-  
num in domo fratris sui primogeniti: nu-  
mus venit ad iob qui diceret. Boues a-  
rabant et asine pascabantur iuxta eos:  
et intruerunt sabai tuleruntq; omnia. et  
pueros percusserunt gladio: et quasi ego  
solus ut nundarem tibi. Cuiq; adhuc  
ille loqueretur. venit alter et dixit. Ignis  
dei cecidit e celo: et tetras oues puerosq;  
consumpsit: et effugit ego solus? ut nundarem  
tibi. Sed et adhuc illo loquente venit ali-  
us et dixit. Chalcei fecerunt tres turmas  
et inuasert camelos et tulerunt eos: nec  
no et pueros percusserunt gladio: et ego  
fugi solus? ut nundarem tibi. Adhuc loque-  
batur ille: et ecce alij intravit et dixit. Filij  
tuis et filij uxoris tui et bibentibus  
vinum in domo fratris sui primogeniti.

repente venit vehemens irruit a regione  
deserti et conculsit quatuor angulos domus  
que corruens oppressit liberos tuos. et  
mortui sunt: et effugit ego solus? ut nundarem  
tibi. Tunc surrexit iob. et scidit tunicam  
suiam: et tonsio capite corruens in terram  
atoravit et dixit. Pudus egressus sum  
de utero matris mee: et nubes reuertar  
illuc. Dominus redit dominus abstulit  
sicut domino placuit ita factum est: sit  
nomen domini benedictum. In omnibus  
hijis non peccavit iob labijs suis: neq;  
stultum quid contra eum locutus est. **11.**

**F**actum est autem cum quadam die  
venissent filij tui et starent coram  
tommo: venisset quoque sathan inter e-  
os et staret in conspectu eius ut diceret  
dominus ad sathan. Vnde venis? Cui  
respondens ait. Circuiui terram: et per-  
ambulavi eam. Et dixit dominus ad sa-  
than. Numquid confixisti seruum me-  
um iob? non sit ei similis in terra. vir  
simplex et rectus et timens deum ac re-  
cedens a malo: et adhuc retinens inno-  
centiam? Tu autem commouisti me ad-  
uersus eum: ut affligerem eum frustra.  
Cui respondens sathan ait. Pellem pro  
pelle: et annata que habet homo dabit  
pro anima sua. Alioquin mitte manum  
tuam et tange os eius. et carnem: et tunc  
vixabis quod in faciem benedicat tibi.  
Dixit ergo dominus ad sathan. Ecce in  
manu tua est: veruntamen anima illius  
serua. Egredis igitur sathan a facie do-  
mini percussit iob vlcere pessimo: a plan-  
ta pedis usque ad uerticem eius. Cui te-  
sta sanien ratabat: serens in sterquilinio.  
Dixit autem illi uxor sua. Adhuc tu  
permanes in simplicitate tua? Benedic  
tuo et morere. Cui ait ad illam. Quasi  
vna de stultis mulieribus locuta es.



Si bona suscepimus de manu dñi : ma-  
la quare nō sustineamus ? In omnibus  
hīs non peccauit iob labijs suis. Igit̃  
audientes tres amīa iob omne malum  
quod accidisset ei uenit̃ singuli de lo-  
co suo: eliphaz themanites ⁊ baldad su-  
ites ⁊ sopher naamathites. Cōdixerāt  
enim: ut pariter uenientes uisitarent eū  
et cōsolarentur. Cūq; eleuassent pro-  
cul oculos suos: non cognouerūt eum  
Et exclamantes plorauerūt: scissisq; ve-  
stibus sparserūt puluerem sup caput su-  
um in celum. Et seuerūt cum eo in terra  
septem diebus et septem noctibus: et ne-  
mo loquebatur ei uerbū. Fixabant cū  
dolorem esse uoluentem. *iiij.*

**P**ost hec aperuit iob os suū: et ma-  
ledixit diei suo: et locut⁹ est. Pe-  
reat dies in qua natus sum: et nox in q̃  
dictū est cōceptus est homo. Dies illa  
vertetur in tenebras. Nō requirat eum  
deus desup et non illustret lumine. Ob-  
scaurent eum tenebre et umbra mortis.  
Occipet eū caligo et inuoluatur amari-  
tudine. Noctem illam tenebro sus tur-  
bo possideat. Nō computetur in dieb⁹  
anni nec numeretur in mensibus. Sit  
nox illa solitaria: nec laude digna. Ma-  
ledicant ei qui malediciūt diei: qui para-  
ti sūt suscitare leuiathan. Obtinebrent  
stelle caligine eius. Expectet lucem et nō  
uideat: nec ortū surgētis aurorae. Quia  
nō conclusit ostia uentris qui portauit  
me: nec abstulit mala ab oculis meis.  
Quare nō in yulua mortuus sū. egres-  
sus ex utero nō statim pri⁹. Quare exce-  
ptus gemibus: aut lactatus uerbibus?  
Nunc enī dormiens silecē. ⁊ somno meo  
requiescerem cū regib⁹ ⁊ dñilib⁹ terre  
qui edificat sibi solitudines: aut cum  
primarijs q̃ possident aurū: et replēt

comos suas argento. Aut fiat aboziti-  
uū absconditi non subsisterem: uel q̃  
concepi non uiderūt lucem. Ibi impij  
cessauerunt a tumultu: et ibi requieue-  
runt fessi robore: et quōdam uincti pa-  
riiter sine molestia. Non exaudierūt vo-  
cem exactionis. Paruus et magnus ibi  
sunt: et seruus liber a dño suo. Quare  
misero data est lux: et uita hīs qui in  
amaritudine in anime sūt. Quia expectāt  
mortē ⁊ nō uenit: q̃ si effodierēs thesau-  
rū: gaudentq; uoluntē cum inuērit  
sepulcrum. Vizo cuius abscondita est  
uia: et arā redite eum de⁹ tenebris. An-  
tequam comedam suspizo: et quasi in-  
undantes aque sit rugitus meus: quā  
timor quem timebā uenit michi: ⁊ q̃  
uerebar accidit. Nonne dissimulati⁹  
Nōne filii? Nōne quiēti⁹? Et uenit sup  
me indignatio. *iiij.*

**R**espondens autem eliphaz thama-  
nites dixit. Si cepimus loqui ti-  
bi: forsitan molestē accipies. Sed con-  
ceptum sermonem quis tenere poterit.  
Ecce coquisti multos: et manus lassas  
roboraisti. Saecillantes confirmauerūt  
sermones tui: et genua tremēna cōfor-  
tasti. Nunc autem uenit super te plaga  
et defecisti: tetigit te ⁊ conturbatus es.  
Timor tuus. fortitudo tua. et paciēcia  
tua: et perfectio uiarum tuarū. Recor-  
dare obsecro te quis unquam immocēs  
pri⁹: aut quando recti delicti sūt? Qui  
pri⁹ uidi eos qui operāt iniquitatē et  
seminant dolores et merūt eos flante te-  
o perisse: et spiritu ire eius esse consum-  
ptos ⁊ rugitus leonīs et uox leone. et  
tentes catulorum leonū contriti sunt.  
Tigris pri⁹ eo quod non haberet pre-  
dam: et catuli leonīs dissipati sūt. Do-  
ro ad me dictū est uerbū absconditū:

et quasi furtive suscepit auris mea ve-  
nam susurri eius. In horrore visionis  
nocturne quando solet sopor occupare  
homines. pauor tenuit me et tremor: et  
omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum  
spiritus me presente transiret: imhorru-  
erunt pili carnis mee. Stetit quidam autem  
non agnoscebam vultum ymago coram  
oculis meis: et vocem quasi aure lenis  
audiui. Nūquid homo dei cōparatione  
iustificabitur: aut sacerdoti suo purior e-  
rit vir? Ecce qui seruiunt ei non sūt sta-  
biles: et in angelis suis reperit prauita-  
tem. Quāto magis hī qui habitant do-  
mos luteas qui terrenum habent funda-  
mentum consumuntur velut a tinea: et  
mane usque ad vesperam succidunt: et quā  
nullus intelligit in eternum peribunt.  
Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis:  
moriētur: et nō in sapientia. - v -

**Q**uocā ergo si est qui tibi respondeat  
et ad aliquē sanctorū conuētere.  
Spiritu stultū interficit iracundia: et par-  
uulū occidit inuidia. Ego vidi stultū  
firma radice: et maledixi pulcritudini  
eius statim. Longe sicut filij eius a salu-  
te: et continebuntur in porta: et non erit  
qui eruat. Cuius mellestem famelicus co-  
mecerit: et ipsum rapiet armatus: et bibet  
sitientes diuitias eius. Nichil in terra si-  
ne causa fit: et de humo non orietur vo-  
lo. Homo ad laborem nascitur: et auris  
ad volatū. Quāobrem ego exprecabor  
dñm: et dñi penā eloquium meū. Qui fa-  
cit magna et inscrutabilia: et mirabilia  
absque numero. Qui dat pluuia sup facē  
terre: et irrigat aquas vniuersas. Qui  
ponat humiles in sublime: et merentes  
erigit sospitare. Qui dissipat cogitati-  
ones malignorum: ne possint implere ma-  
nis eorum quod ceperant. Qui apprehendit

sapientes in astutia eorum: et consiliū pra-  
uorum dissipat. Per diē inaurit tenebras  
et quasi in nocte sic palpabit in meridie.  
Porro saluū faciet egenū a gladio oris  
eorum: et de manu violenti pauperem. Et  
erit egeno spes: iniquitas autem ostrahet os  
suum. Beatus homo qui corripit a dño.  
In cōpationem ergo dñi ne reprobos:  
quā ipse vulnerat et metetur: praeuertit et  
manus eius sanabit. In ser tribulatio-  
nibus liberabit te: et in septima nō tan-  
get te malū. In fame eruet te de morte:  
et in bello de manu gladij. A flagello lin-  
gue abscederis: et nō timebis calamita-  
tem cū ven erit. In vastitate et fame rice-  
bis: et bestias terre nō formidabis. Si  
autem lapidibus regionū pedum tuū: et bestie  
terre pacifice erūt tibi. Et scies quod pacē  
habeat tabernaculū tuū: et visitas speciem  
tuam nō peccabis. Dies quoque quomā  
multiplex erit semet tuū: et pgenies tua  
quasi herba terre. In gredieris in abun-  
dantia sepulcrū: sicut inferet a ceruus in te-  
pore suo. Ecce hoc ut inuestigauim? ita  
est: quod auditū mente peracta. - vi -

**R**espiciens autem iob dixit. Stinā ap-  
penderent peccata mea quibus iram  
merui: et calamitas quā patior in statera  
quasi arena maris hoc grauior appareret.  
Sine et verba mea colore sūt plena: quā  
sagitte dñi in me sunt: quarum indigna-  
tio ebibit spiritū meum: et terrores dñi  
militant cōtra me. Nunquid rugiet o-  
nager cum habuerit herbā: aut mugiet  
bos cū ante praecipue plenuū stererit? Aut  
poterit comedi inuisulū: quod non est sale  
conditū? Aut potest aliquis gustare  
gustatum afferre mortem? Anime enim  
esuriendum amara dulcia esse videntur.  
Que prius nolebat tangere anima  
mea: nunc pre angustia tibi mei sunt.

Quis res ut veniat pñō mea. et quod ex-  
 pedit tribuat michi deus: et quod cepit ipse  
 me conterat. Soluat manū suā et succedat  
 me: et hec michi sit consolatio ut affligens  
 me dolere nō parcat: nec contradicam  
 sermonib⁹ sancti. Que est enim fortitudo  
 mea ut sustineam: aut quis finis meus  
 ut patienter agam. Nec fortitudo lapidū  
 fortitudo mea nec caro mea enea est.  
 Ecce nō ē auxiliū michi in me et necessariū  
 quod mei recesserūt a me. Aulā est  
 a me misericordia dñi et visitatio me et des-  
 perit. Qui tollit ab amico suo misericordiā:  
 timor enim dñi dereliquit. fratres mei p-  
 terierūt me: sicut correns qui raptim trā-  
 sit in cōuallibus. Qui timent pzinam  
 irruerunt sup eos. Tempore quo fuerint  
 dissipati peribunt: et ut incaluerint soluentur  
 de loco suo. In nolite sūt semite gressuū  
 eorū: ambulabūt in uacuū et peribūt.  
 Constraxerunt semitas thermanianā  
 q̄a labat: et expectat paulisper. Confusi  
 sunt: quia sperati. Venierunt quod usque  
 ad me: et pudore cooperti sūt. Nūc  
 vinitis: et modo videntes plagā meā time-  
 tis. Nūquid dixi afferte michi. et de  
 substantiā vestra donare michi: uel liberare  
 me de manu hostis et de manu robusto-  
 rum cruite. Docete me et ego tacebo: et  
 si quod forte ignorauī instruite me. Qua-  
 re tenuistis sermonib⁹ veritatis: et  
 verbis nullis sit qui possit arguere. Ad  
 increpandum tantū eloquia cōinnatis:  
 et in uentū uerba profertis. Super pupil-  
 lum irruitis: et subuertite inuicem  
 amici uestri. Veritatem quod cepistis implere  
 prebete aurē: et uitate an mentiar. Res-  
 pondere obsecro absque contentione: et  
 loquentes id quod iustū est iudicare.  
 Et nō inuenietis in lingua mea iniquitatem  
 nec in fauilo meis stulticiā personabit.

**Q**uia est uita hominis super terram:  
 et sicut dies mercenarij dies ei⁹.  
 Sicut ceruus desiderat umbram et  
 sicut mercenari⁹ prestat laborē sine oporis  
 sui: sic et ego habui mentes uacuos: et  
 noctes laboriosas enumerauī michi. Si  
 dormiero dico quādo confurgā: et nūquid  
 expectabo uesperā et replebo uolozib⁹  
 usque ad tenebras. Induta est caro mea  
 putredine et sorzibus pulueris: auris  
 mea aruit et contracta est. Dies mei  
 uelocius transierūt quā a terente tela  
 succiditur: et consupti sunt absque ulla spe.  
 Memoro quia uentus est uita mea: et  
 non reuertetur oculus meus ut uideat  
 bona: nec aspiciet me uisus hominis.  
 Oculi tui in me: et nō subsistam. Sicut  
 consumitur nubes et pertransit: sic qui  
 descenderit ad inferos nō ascendet: nec  
 reuertetur ultra in domū suā: neque  
 cognoscat eū amplius locus eius. Quapropter  
 et ego non parcaui oī meo: loquar in  
 tribulatione spiritus mei: cōfabulabor  
 cū amaritudine anime mee. Nunquid  
 mare ego sū aut cētus: quod arā reuoluit  
 me carere. Si dixerō cōsolabitur me  
 lectul⁹ meus et releuabo: loquēs meū  
 in stratu meo: terrebis me per somnia:  
 et per uisiones haroz et conatus. Quāobrem  
 elegit suspendiū animā meā: et mortem  
 ossa mea. Desperauī nequaquā  
 ultra iā uitam. Paree michi: nichil enim  
 sunt dies mei. Quid est homo quod  
 magnificas eum: aut quid apponit  
 erga eū cor tuū. Visitas eū  
 diluuiolo: et subito perbas illū.  
 Sicut equo nō parās michi: nec  
 dimittis me ut gloriā saluā  
 meā. Quid faciā tibi oīstos  
 hominū. Quare posuisti me  
 contrariū tibi: et fact⁹ sū  
 michi incepti grauis. Cur non  
 tollis peccatum meum: et  
 quare non aufers

iniquitatem meam. Ecce nunc impulere  
cosmiam. et si mane me quereris non  
subsistam.

**R**espondens autem baldath luites di-  
xit. **U**squequo loqueris talia: et  
spiritus multiplex sermonis oris tui.  
Numquid reus supplantat iudicium: et  
omnipotens subuertit quod iustum est.  
Etiam si filij tui peccauerunt ei et dimisit e-  
os in manu iniquitatis sue: tu tamen si di-  
luclo cōsurreris ad eum et omnipotentē  
fueris deprecatus. si mundus et rectus in-  
cesseris statim euigilabit ad te: et paca-  
tū reddet habitaculum iusticie tue: intan-  
